27.a8
7

Nº

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Estante
Número

Del Coll. de la Comp.ª de Ihs. de Granada

Comprolo el P. R.º de Montenegro

# INTEGERRIMO

DOMINO ROBERTO A LENONCVria, monaſterij Diui Remigij apud Rhemos Abbati, Theodoricus Morellus Campanus S.

Biennium ferme ab hinc uigilantiſſime paſtor, libellum quendam, cui Enchiridio oratorio titulus erat, uarijs Latinarum uocum, ceu floſculis interſperſum, in publicum propuleram: eo ſolum conſilio, ut adoleſcentes mihi crediti, politiori ſermoni inſueſcerent. Qui, etſi ad ſtomachum naſutorum omnium non faceret, quid enim difficilius, quàm cuiuſuis palato facere ſatis? tamen ad comparandam linguæ mundiciem nonnihil contuliſſe uiſus eſt. Eoq; nomine cum proximis hiſce diebus delicias ſyncerioris literaturæ ſubodorarer, collibitum eſt eidem recognoſcendo, augendoq; pluſculum ocij ſuppeditare, non ea gratia, ut te multo grauioribus dignum tantilla êditione demererer, ſed ut iuuentuti, cui erudiendæ id temporis præeram, ad capeſſendum linguæ cultum adiungerem aculeos, & per me quaſi præmanſum in os puerile inſerentem, labor aliquis detraheretur. Ratus itaque meam, quamlibet exiguam, opellam pueris utcunque profore, ſi abſolutiſſimos illos Eraſmi de utraq; copia commentarios(unde bona ex parte erupit) uel longo interuallo ſequeretur, in manus ſumptum recognoui, totumq; ipſum, quantus erat, à capite ad calcē, quoad fieri potuit, recognitum multiplici auctario locupletaui. Eſt enim ſcriptionum hoc genus natura, ut quotidiana lectione, uel excreſcant, uel emaculentur. At cùm iam tertium emittere ſtatuerem, de patrono (quo auſpice tutior in lucem exiret) quæri apud me cœptum eſt. Tu uerò digniſſime pater, quem dexterrima indoles à primis illis annis, quibus eodem primarum



Del Coll. de la Comp.ª de Ihs. de Granada

literarum præceptore utebamur, mihi perſpectiſſima, mores incredibili ſuauitate compoſiti, ingenium ad manſuetiores literas facillimum, genius nulli ſua dexteritate non gratiſſimus, animi corporiſq; dotes, & innumera uitæ ornamenta huc faſtigij euexerunt unus unice multorũ occurriſti, qui publico præconio prædiceris egregiam uirtutẽ cum pari eruditione copulaſſe, iacenteſq; artes non reſpicere ſolum, uerumetiam ampliſſimo fauore proſequi, & benignitate haud uulgari excitare. Quod quàm uerum ſit, præclaro teſtimonio fuerint tui duo Theſei, Petrus Pineam, uir preter inculpatos mores, uitæq; elegantiam, Iuris utriuſq; iuxta eruditus, & Ioannes Campanus, nullius ingenuæ cœleſtiſq; diſciplinę non ita peritus ut excellat, ad hæc Lenoncuriacæ familiæ omnium quos habet Campania generoſiſſimæ, tam inſignis illuſtrator, ut quantum ſplendoris ſuis excellentiſſimis monimentis ei adiecerit, dici non facilè queat. Eas igitur ob res aduertens animo te egregium omni ex parte agere Mecœnatem in eos, qui ſe ſuaſq; fortunulas doctrinæ melioris, Euangelicæq; philoſophiæ ſacris dicauerunt, quos inter ego poſtremis ſubſellijs ſedeo, καλὸν καὶ σφόδρα τίμιον duxi, celebratiſſimi tui nominis facem, huic tertium renaſcenti, opuſculo prælucere, tibiq; licet ampliora promerito, hanc laboris certè alicuius, fœturam, obſidem melioris aliquando ẽdendæ conſecrare. Quam ſi candore illo quo es præditus ingenio ſanè & liberali exceperis, rugoſi illi cenſores, quibus nihil niſi ingenuo & induſtria perfectum placet, ad has uigiliolas conniuebunt. Vale, & Morellum inter eos aſſcribito, qui tibi ſunt toto pectore addicti. Lutetiæ, ANNO

1536

# INDEX FORMULARUM HUIUS ENCHIRIDIJ ſecundum literarum ordinem digeſtus.


A

Ab infantia 144
Abſtinuit ſe à peccato 21
Accepi tuas inuectiuas 146
Accidit ut uolebam 56
Accuſandi formulę 151
Ad deteſtandam ſuperbiam formulæ 152
Ad deteſtationẽ libidinis formulæ 153
Ad laudandum principẽ formulæ accommodæ 154
Admiror 56
Ad præceptorem 109
Aduentui gratulor 126
Adulator non ſum 87
Adultus 21
Aegre fert 61
Aegrotus 100
Affirmat 61
Aliquid ſcribas quo te uixiſſe teſteris 132
Amas literas 91 & 135
Amas me 104
Amant illum multi 126
Amicus 35
Amicus falſus 88
Amicus tuus eſſe cupio 129
Amore capitur 118
Amo te 104 & 127
Aſſentior tibi 115
A te diſſentit 112
Auarus 54
Audax 57
Audi meam opinionem 76
Autores meminerunt huius rei 82
Auxilium dat 121

B

Barbare loquitur 49
Bellum ſæuit 74
Bene eſt 113
Bene moratus 16. & 122
Bene ualet 29
Benignus 93
Beſtia 131
Bona dies 126
Bona nox Ibidem
Bonus & doctus 48
Bonus theologus, & magnus prædicator 82

C

Coactus ſum clamare 133
Cœpit dormire 63
Cognoſco quòd me amas 139


✝ 3 Cogno-

Cognoſco tuam in me beneuolentiam 147
Cognoui ex ſcriptis tuis, te habere optimum ingenium 147
Commendatiſſimus 109
Cõmendo tibi res meas 243
Compenſabo te 111
Compenſare nõ poſſem 103
Compenſare parentes non poſſumus 126
Componis egregie 101
Concedamus 112
Condis male 128
Confido in te 64
Confugiunt ad te omnes 96
Conſcij ſunt 131
Conſolandi formulæ 140
Conſuetudo eſt 62
Conſul 70
Conſumo pene tẽpus omne in epiſtolis 131
Contraria 72
Conuiuium eſt paratum 70
Corrige 80
Corrigis uitia aliena 74
Corrupit eum & deprauauit 64
Credulus ne ſis nimium 130
Criminandi formulæ 140
Cum honore receptus 83
Cupit laudem 145
Curas habeo multas 85
Cuſtodis meum argentũ 121

D

DA facultatẽ laudandi 130
Damnum dat tibi 74
Debes multa 124
Decipere me putas 117
Declaro q̃d obſcurũ eſt 121
Decreui hoc facere 115
Dedecet gloriam tuam 128
Dedico tibi hunc librum 105
Defendi te 133
Delectarunt me literæ & nuncia 44
Delector ſtylo tuo 148
Derides 121
Deſidero amicos meos 138
Deſipiſcit, fitq́ peior 64
Detrahis 108. & 130
Detrahitur mihi 142
Deuictus ſum tibi 97. 137
Deuotus quod dicunt 22
Dic duobus uerbis quid me uelis 125
Dico familiariter 137
Dictiõe iſta male uſus eſt 117
Difficile eſt 62
Dignus longa uita 30
Diligens 66
Diligenter 144
Dimitte ſophiſticationes 140
Diſputat egregie 77
Diues 24
Dixit breuiter 86
Doctus 89, 93. 137. & 148
Doleo me hoc ignoraſſe 120
Doleo mortem illius 139
Doleo ob ueſtrã diſcordiã 148
Dulce 54
Dum fuerit ocium ſcribam ad te 148

Dum



Dum licuerit meũ in te oſtendam animum 132

E

EBrioſus 51
Eleganter ſcribit 10
Eleganter & ornate loquitur 7
Eloquentia fuit perdita 91
Eloquentia uigebit 101
Emenda te 73
Emoriar ſi tibi uellem diſplicere 134
Epiſtola tua eſt elegans 108
Ero memor tui 103
Ero tibi ſemper amicus 38
Es incognitus 130
Es indoctus 107
Es ingenioſus 108
Eſt à natura 111
Eſt doctus 189
Eſt magnus reprehenſor 71
Eſt ſemper grauis 89
Euaſi multas pœnas 66
Euenire illud ſcio 72
Eundum eſt 136
Excellit in literis 5
Excellit in uarijs diſciplinis 7
Excepiſti meos uerſus beneuole 81
Excita illum 73
Excitaſti tragœdias in me 146
Exercitatus in literis 7
Ex ignobili factus eſt ſua uirtute nobilis 29
Exprobrandi formulæ 141
Expugnauit barbariem 147
Extra periculum ſum 124

F

FAcere pacem 117
Faciam hoc propter amorem noſtrum 137
Faciam omnia pro te 136
Faciam quod iuſſiſti 81
Faciam quod petes 136
Faciam tuum officium 112
Faciã ut ſis meæ ſententiæ 73
Faciamus bonum uultum, q̃d dicunt 91
Faciamus, quod dicunt, bonũ gaudium 113
Fac quod ipſe iubes 132
Fac ut uoles 115
Fallax non ſum 120
Famam appetit 112
Famatus 34
Familiaris 100
Famulus tuus 114
Faſtidiendi formulæ 118
Faſtidium abijciet Ibidem.
Faueas mihi 71
Faueas mihi, & nullus inuidebit 77
Faueas mihi 96
Fauet ſtudioſis, & doctos quoad poteſt adiuuat 26
Fauet literis 147
Feciſti hoc in tuũ damnũ 132
Feciſti me ſcribere 119
Fecit te ſuadente 111
Fecit ex induſtria 145
Fœlix 89
Feres aduerſam fortunã 110
Fidelis 24 Flere cœpit 61

 For-

Formulæ amicitię 35
Formulæ à poëtis detortæ in detractores 69
Formulæ deprecandi 150
Formulæ in detractationem auaritiæ 154
Formulæ oratorię, ſignificantes aliquem eſſe apprime doctum 1
Formulæ quibus modeſtiam, quam humilitatem dicũt, exprimimus 153
Fortis 19
Fortuna fauebit tibi 132
Friuola 69
Fuiſti ſemper fidelis & taciturnus 125
Fuit epiſcopus 112

G

Garris, & neſcis quid dicas 146
Garrulus 96
Gauderem, ſi eſſem famulus tuus 120
Gauiſus ſum 43
Gloriæ cupidus 57
Gradum priſtinum recuperauit 90
Græcè doctus 13
Græce & Latine doctus 142
Græcizas in epiſtolis 80
Gratias ago quod hoc feceris 111
Gratias agendi formulæ 141
Gratus regi 131
Grauiter ægrotat 31
Guloſus 129

H

Habes magnam autoritatem 101
Habet bonum ingenium 14
Habet multos auditores 75
Has literas ad te mitto 106
Hoc decet doctos 120
Hoc dicunt 78
Hoc eſt à natura 111
Hoc eſt manifeſtum 125
Hoc eſt rationabile 73
Hoc facile fiet 71
Hoc ſcio 110
Hoc non eſt ſatis certum 124
Hoc non poſſet ſapienter fieri 127
Homo eſt indoctus, & nihili 92
Honeſte uiuit 61
Honorant te omnes 103
Honoratus 67
Hoſtis eſt Ioanni 74
Huc ueni ante cœnam, ſed cũ periculis 132
Humilis ut uulgo fertur 23

I

Iactat ſe de diuitijs 116
Iam tendo ad mortem 132
Immiſcet Græca Latinis 14
Impēde bonis literis tempus quod dediſſes nenijs 143
Imponam finem 102
Incepta ſecundet deus 125
Incitandi formulæ 64
Indocti doctis reluctãtur 135
Indoctus 47
Indoctus & malus 48





Indoctus ſum fateor 46
Indolis bonæ 15
Inepti aliquid moliuntur 132
Infamis 57
Infœliciter natus 50
Infœlix 117
In fine 146
In Gallia ſunt multi docti, 133
Ingratus 119
Inimicus illius eſt Ibidem
Iniurijs me afficit & detrahit 67
In mea poteſtate 76
In periculo es 79
In principio 146
Inquirere non debes 79
Inſpexit me toruè 66
Inſpiratus numine 115
Integerrimæ uitæ 139
Intellige 131
Interficere nititur 124
Inuerecundus 110
Inuides 146
Inuidos dimittamus 103
Inuidos habeo 138
Inuidos habes 100
Inuidos non timeo 90
Inutilis 128
Ira hoc feci 77
Iraſcitur cito 61
Iraſci noli 130
Iratus eſt 60
Iſta non ſunt illis comparanda 116
Iſte iuuenis eſt bonæ indolis 90
Iter mea cauſa corripuiſti. 136
Iuit illuc per terram 64
Iureconſultus 120
Iuuenis mortuus eſt 68

L

Laborabo 87
Laboras 116
Labora plus in bonis literis, quàm reijciendis barbaris 13
Labore proprio 114
Lætus 136
Laudaberis 95
Laudabitur 34
Laudabo te 95. 99. & 119
Laudandus 33
Laudant te omnes 94 & 98
Laudant te oẽs, & amant 121
Laudare te dignè nõ poſſum 76
Laudas me nimis, & plus q̃ merui 120
Laudat eum 32
Laudatus fuit 34
Laudes tuas deſcribere non poſſum 126
Lege cum fuerit ocium 99
Legi tuã epiſtolam Ibidem
Leuis cenſor 131
Libenter odio hoc 73
Liberalis 44
Liberatus à curis 113
Liber dignus memoria 148
Liber erroribus plenus 79
Linguam non habet promptam 75

Literæ te honorabunt 135
Lites tollis 111
Litigat ſemper 127
Loquaculus 52
Loquar intelligibilius 149
Loquimur de te 128
Loquitur ſuperbe 64
Luxurioſus 50

M

MAgnus dilator 128
Male componis 101
Male pereat 149
Male ualet 30
Malus 133
Mandes memoriæ 122
Maxime expeto amicitias 152
Meminiſti huius rei 86
Memoria de hoc non eſt 124
Memoria erit de te 105
Mendax 62
Menſuraui te 114
Mentiris Ibidem
Meretrix 63
Mihi amicus 134
Mihi detrahis 147
Miſerrime mortuus eſt 70
Mones recte 61
Multa dicuntur de me 132
Multa in me contuliſti beneficia 120
Multum continens 129

N

NE detrahas 91
Neglectus 131
Nego me hoc commiſiſſe 114
Neq; legere nouit, neq; intelligere 48
Neſcit loqui 149
Ne timeas inuidiam 78
Nihil dignum eſt caſtigatione 150
Nihil mihi contigit gratius, quàm tua epiſtola 134
Nihil ſcis 96
Nimis dormis 84
Nimis inſiſtis præceptis 109
Nimis ſenex ut ſtudeat 62
Nimis parcus 150
Nobilis 16
Nobilitaſti parentes tuos 73
Nocuiſti aliis 108
Noli ſcribere aliqd ſecreti 131
Nolo laudari 102
Noluit hoc facere 63
Non amo diſcordias 148
Non credo te hoc uoluiſſe legere 121
Non conſueui hoc facere 67
Nõ curo qd de me dicatur 84
Non dat rationem iræ 132
Non dubito 116
Non feci propter ægritudinem 108
Non habes negociũ cum imbecilli 133
Non habet ingenium 50
Non hoc compoſueram ut imprimeretur 121
Nõ idoneus ad dialecticẽ 149
Non multum curo 151
Non obedit patri 126
Non oportet Chriſtianũ tam acriter reprehẽdere alios 72

Non



Non poſſum hoc credere 133
Non poſſum dicere quantum hic eloquentia uigeat 137
Non poſſum tibi referre gratiam 102
Non poteſt pati ſocietatem aliorum 126
Nõ ſe applicat ad ſtudiũ 123
Non ſimus ingrati 66
Non ſine cauſa 79
Non te impediam 112
Non timeo 70
Non timeo te 128
Non uis conſumere tempus in nugis 134
Non uult amplius ſtudere 65
Non decepit 144
Nullas recepi literas 134
Nũeras me inter amicos 148
Nũciabo quicqd noui fiet 150
Nunquam ero ingratus 143

O

OBliuiſci patriæ non poſſum 139
Obſcurus eſt tuus ſermo 117
Obtrectandi formulæ 151
Ocioſus 65
Odi diſcordias 86
Odio eum omnes habent 132
Odiſti literas 147
Odit literas 110 Odit me 58
Oẽs legunt Ciceronem 147
Omnes optant diuitias 84
Oẽs probãt tuã ſententiã 145
Oĩa indigere recreatione 72
Oportet hoc memorare à principio 66
Oportet obedire patri 148
Optant pacem principes 147
Optimus epiſcopus 27
Optimus miles, dux, rex, imperator 21
Opto hoc 80
Opus hoc tibi dedico 118
Opus ſuũ imprimi noluit 77
Oratoriæ formulæ 69
Ornas quæ uilia ſunt 82
Ornat 143 Oro te 125

P

PAratus ad omnia 133
Parce erratis 149
Parce uiuit & ſuo labore 126
Paſſus ſum maiora cõuitia 73
Patiar quidquid ſiniſtri dixeris 128
Pati hos labores non poſſum 89
Patior quicquid accidit 83
Pauci hoc intelligunt 133
Paucis dicam 91
Pauper 25
Pax erit hoc anno 65
Pecunias non habeo 133
Pereant inuidi 143
Perfecit 144
Perfidus 98
Per magnam partem diei legit 128
Perſeuera ut incepiſti 70
Per timorem non feci hoc 62
Peſtis graſſatur 137
Peto à te 100
Piſces tibi nocent 112
Placuerũt mihi tuę literę 106

Pœ

Pœnitet facti 62
Pœnitet me ſtuduiſſe eo quòd nullã utilitatẽ referã 143
Poſſum hoc facere 119
Poſuit me, ut dicitur, in malam gratiam Ibidem
Poteſt bene ſe regere 127
Prauus 59
Preceptor ſcripſit multa 90
Precor, ut uos inueniam ſanos 136
Probant hoc omnes 69
Probus 20 & 138
Prodes multis 109
Prodigus 72
Profuiſti rei literariæ 101
Prolixus ne ſim 78
Promitto 145
Proſit uobis conuiuium 125
Prouidens 32
Prudens 17 & 148
Publica tuum opus 81
Pulchra 138
Pulchritudinis formulæ 58
Punieris grauiter 60
Punitus propter te 74
Putabam mihi non eſſe aliud faciendum 123

Q

Quæro diligenter 86
Quantum poterimus 75
Quem morbum habes 110
Quod debebam non feci 133

R

Recreabit hoc animum tuum 114
Recreatur literis humanitatis 74
Redeamus ad propoſitũ 82
Rem gratam facis 105
Res difficiles 76
Rex optimus 22
Ridere cœpit 125
Riſu dignum 82
Rogatus ſum ut hoc facerem 63

S

Saluta illũ nomine meo 138
Sanandi formulæ 151
Sanari non poteſt 130
Sanus 31
Sapiens 17
Sapiet cum tempore 129
Satagis rerum alienarum 78
Scio 122
Scribam ad te 79
Scribam ad te, ne ſim ingratus 134
Scribam de N. 76
Scribe ad me 138
Scribere ad te non audeo 76
Semper erimus amici 37
Sẽper garrit & fabulatur 72
Semper ſtudet 3
Senex 56
Serio loquamur 128
Seruet te deus 147
Seruiam tibi 131
Sic deo placet 77
Si deo placuerit Ibidem
Si feceris hoc bene mecũ agetur 78
Sobrius 20
Societas pulchra 84

Solet



Solet hoc facere 63
Solui quod debebam 124
Sophiſticationes ſpernuntur 134
Spem dedit mihi 70
Spero 144
Spero te fore doctum 131
Stylus tuus placet mihi 114
Stude 107
Studeas 136
Studebo 140
Studeo nũc tuo perſuaſu 127
Studet 105
Stultus 113
Suaſu tuo feci 111
Sumus ueri amici 36
Sunt mihi amici in Campania 139
Superbit in ueſtitu 116
Superbit propter ſuam doctrinam 75
Superbus 72
Syllaba hæc eſt longa 118

T

Tacent rabulæ 132
Tacuiſti de hoc 87
Tædio omnes afficis 121
Tantopere te laudabo, ac me laudaſti 128
Te amat 145
Tempus malum uidetur 119
Tenuem doctrinam & affectatum ſtylum oſtentat 53
Teſtes adducam 100
Timui 60
Tolero labores 83
Triſtia nuncia affers 133
Triſtis eras 71
Tua familiaritate delector 73
Tua ſcientia nõ prodeſt alijs 75

V

Vado ad campos 112
Vale 94.105. & 137
Vaniloquus 97
Varietas ineſt tuis epiſtolis 80
Verax 24
Veriſſima ſunt 149
Verſus tui ſunt elegantiores meis 81
Verus amicus 75
Vici te 122
Vigilaſti 71
Vires non eſt expertus 79
Virtuoſus, ut barbari aiũt 18
Vitioſum eſt 110
Vitioſus 90
Vituperaberis 84
Vituperatur 145
Vix hoc habui 63
Volebam cognoſcere qualem haberes animum 124
Volo parum te alloqui 125
Volo tibi gratificari 95 & 113
Vtile 85
Vt puto 111
Vulneratus 32
Vxorem duxit 122

FINIS.

# INDEX FORMVLARVM ADAGIALIVM SECVNDVM LITERARUM ordinem digeſtus.


A

Ad hoc intendas 171
Ab initio ad finem 161
Adulator 165
Aequalis æquali gaudet 174
A fortuna defluximus Ibid.
Agreſtis 168
Aperte loquitur 174
Approbare ſignificantia adagia 158
Auarum notantes parœmiæ 160
Audacem notantia Ibidem

B

Bonus iudex 171
Breuiloquum notãtia 158

C

Caecutit 162
Comparat res inæquales 175
Crudelitatem exprimẽtia diuerbia 160
Cum auxilio hoc fiet 173

D

Damnari aliquid ſignificantia adagia 158
Deriſor 173
Deprehenſus eſt 171
Detractator ac maledicus 166
Diſputamus de re nullius momenti 175
Docilis eſt 174

E

EST aſtutus 166
Eſt piger & ocioſus 163
Eſt ſomnolentus 164
Eſt ſurdus 161
Eſt uir manſuetus 165
Euentus incertus 173
Exercitatione oĩa fiunt 164
Experiar 173

F

Facundiam exprimentes 158
Factioſus, & litium cupidus 167
Fœlicem ſignificãtia adagia 157
Fœliciter 164
Fuit conuiuium lautum & geniale 166
Fuit illic malum ſummum, & ineuitabile diſcrimen 166

G

Garrulum ſignificãtia adagia 156


Gra-




Grauis & fidelis 172

H

HOC diligenter feci, & exacte 172
Hoc eſt factu difficile 164
Hoc eſt notum 161, & 164
Hoc eſt obſcurum Ibid.
Hoc eſt rarum 163
Hoc ſummo conatu faciendũ eſt 165
Hominem contemptum notantia adagia 161
Homo iuſtus 169

I

IGnobilis 172
Inaniter laboras 162
Inconſtans Ibidem
Inculpatus Ibidem
Indoctus 165
Inepte hoc facis 170
Infœlicem exprimentia prouerbia 157
Infœliciter 164
In hominem deſperantem 169
Intempeſtiue loquitur 171
Iratus & furioſus 168

L

LEuiter coniectas 171
Libenter 163
Libere loqui ſignificãtia adagia 161

M

MAgni æſtimatur 164
Mali ſui eſt autor 163
Malus ac improbus 174
Maximo gaudio eſt affectus 168
Me uehementer odit 172
Multitudini cedendum 160
Muneribus corruptum adagia 156
Munus hoc boni conſule 174
Mutare ſententiam 168

N

NObilis 172
Non cito omnibus fidas, ſed proba amicos 172
Non eſt ſanus 178
Noſtra uita miſera eſt 178
Nunquam fiet 162

O

OBliuioſus 178
Occaſionem dare 157
Occultes ne reueles 173

P

PArum in hoc cognoſcit 164
Parum probatur 174
Pœnitere ſero ſignificantia adagia 159
Perficiendi adagia 168
Pertinax, obſtinatus 170
Prodigus 165
Proprio cõmodo ſtudet 172
Pudicus Ibidem

R

REbellis 170
Reliquit hoc 173
Repellendus 174

S

SAnus 178
Sapiens 168
Securum & tutum notantia

tia adagia 159
Senex & longæuus 163
Seruire ſit tempori 173
Similia inter ſe 175
Sine labore euenit 173
Sordidus 169
Spes fruſtrata 159
Stultus & inſipiens 167

T

Taciturnum denotãtes parœmiæ 157
Tenuem habet de hoc memoriam 175
Timidum ſignificantes parœmiæ 160
Turpis 165

V

Vinolentus guloſus 169
Victus eſt 174
Vtitur rigore 172

FINIS.

## CATALOGVS AVTORVM PRAEcipuorum, é quorum monimentis deprompta ſunt tam multæ Latinarum elocutionum formulæ.

Marcus Tullius
Caius Plinius
Salluſtius
Valerius Maximus
Plautus
Vergilius
Lucanus
Iuuenalis
Ioannes Picus Mirandula
Fabius Quintilianus
Titus Liuius
Iuſtinus
Aulus Gellius
Terentius
Horatius
Perſius
Angelus Politianus
Hermolaus Barbarus.
Eraſmus Roterodamus: cui bonam partem Enchiridij (quale quale eſt) acceptam referimus.

# ENCHIRIDION ORATORIVM, AD COMPArandam Synonymiam copiamq; uerborum haud inutile, authore Theodoro Morello Campano.

*Formulæ oratoriæ ſignificantes aliquem eſſe apprimè doctum.*

VIR EST NON uulgariter eruditus.
Melioribus literis abunde diues.
Impenſe anxieq; literatus
Literis omnibus perpulchrè inſtructus
Ingenuarũ artium longè callentiſſimus.
Homo omnibꝰ diſciplinis exornatus.
Inſigni meliorum artium peritia ſpectatiſſimus.
Politioris diſciplinę longè ſcientiſſimus.
Homo eſt numeroſa arte multiſcius.
Artium multitudine cæteris ſuperior.
Multiformi eruditionis ſuppellectile inſtructus.
Doctus ac perpolitus
Inter eruditos locum obtinet eminentiſſimum.
Summa eruditione præſtans.
Cultioris literaturæ conſultiſſimus.
Literarum fons abundantiſſimus.
Religioſiſſimus literarũ myſtes.
Eruditionem habet haud ſane uulgarem
Meliorum literarũ ſtudio cũ primis inſignis.
In nullo doctrinæ genere nõ perfectus
Vir neq; à muſis, neq; à Charitibus abhorrens.
Vir minimè auerſus à Muſis.
Literarum cognitione ſplendicat.
Bonarum literarũ cultor perquam ſtudioſus.
Muſarumq; Charitumq; munificentia ornatiſſimus.
Vir in bonis diſciplinis celebratus.

Vir omni bonarum literarum artiumq; genere eruditus.
Multiiugæ eruditionis cognitione pellucidè floret.
Præſtanti literarum ſcientia conſpicuus
De omnibus bonis diſciplinis quàm optimè meritus.
In nulla Muſarum officina nõ expolitus
Habet eruditionis penu multifariàm cumulatum.
Multa in literis claritudine inſignitus
Opulentã habet doctrinæ ſupellectilem
Ei in literatorum conſeſſu primi gradus aſſignantur.
Vir eruditione ſolida fideliq; præditus
Aſſiduus literarum cultor.
Peruigil Muſarum ſacerdos.
Vir eſt in literis magnæ quidem celebritatis, atq; autoritatis.
Aſſiduus literarum cultor.
Magna eſt ſua in literis claritudo.
Vir Latinis literis apprime excultus
Vir eruditione ſolida fideliq; præditus
Bonarum literarum fœliciter ſtudioſus
Literis multis præditus
Homo in ſtudijs doctrinarum egregius
Animum habet bonis omnib. diſciplinis imbutum
Magna & excellenti literarũ peritia inſignitus.
Vir inſigniter literatus.
Haud quaquam indoctus.
Eruditionis præſtãtia clarus.
Vir in literis multis modis maximus.
Muſis omnibus Gratijsq; charus.
Humanarum literarum longè peritiſſimus
Bonarum literarum doctrina longè præſtantiſſimus.
Eruditorum omnium calculis, punctisq; doctiſſimus exiſtimatur.
Vir undecunq; doctiſſimus.
Diſciplinarum magnitudine atq; doctrinis egregiè præſtat.
Vir miræ eruditionis.
Vix dici queat quàm ſit eruditus.
Vix credas quàm doctus ſit.
Diſciplinis liberalibus nitidiſſimè excultus.
Delius & Minerua, omniſq; cohors nouem ſororum admiratione affecta ſuam probat eruditionem.
Vir extra aleam inuidiæ doctus.
Quis doctior, eruditiorq; eſt hoc homine?
In omni diſciplina humaniſſimus doctiſſimusq;.



Multiiuga literarum cognitione præcellens.
Cultioris literaturæ candidatus.
Politioris Muſę ſtudioſiſſimꝰ.
Vir eruditorum optimus, & optimorum eruditiſſimus.
Inter eruditos optimus, & inter optimos perq̃ eruditus.
Omnigena eruditione clarus.
Vir in literis affabre expolitus, & politiſſimè excultus.
Eſt in gradu politioris doctrinæ non inter poſtremos receptus.
Vir doctrina admirabili clariſſimus.
Vir omnibus humanitatis ſtudijs ex pari doctus.
Omni ſtudiorum genere efflorescit.
Vir eſt, quo uniuerſa Gallia omnium confeſſione nihil doctius habet.
Vir ob excellentem doctrinã faciendus maximi.
Literarũ nõ tenuiter peritus.
Melioribꝰ lrĩs ornatiſſimus.
Primã in literis celebritatẽ ſibi ſuo q̃dã iure uindicauit.
In corona doctorũ hoĩm conſpicuus digito monſtratur.
Vir exquiſitiſſimę doctrinæ.
Tantum in literis fecit progreſſum, ut cunctos ferme, qui doctrina claruerũt, meruerit habere laudatores.

*Semper ſtudet.*

Nullum facit ſtudẽdi modum neq; finem.
Nihil aliud quàm ſtudet
Perpetuò ſtudet.
Continenter incũbit literis.
Indeſinẽter inhæret chartis.
Studet noctes & dies.
Nunquam non ſtudet.
Aſſiduus eſt in ſtudio.
Iugiter intentus eſt libris.
Nullam ſtudijs ſuis quietẽ intermiſcet.
Nunq̃ ſtudendi laborem nec intermittit, nec remittit.
Perdius & pernox Muſis ſacra facit
Nullo tempore ſacra literarũ non colit.
In Muſarũ ſacris iugiter operatur
Impalleſcit ſtudio
Nocturnis diurniſq; chartis aſſiduè inuigilat.
Nihil ſibi parcit in ſtudio.
Ne breuiculum quidem horulæ interſtitium oſcitanter perire, aut ſomniculoſè dilabi ſinit, quin in literis operetur.
Hic totas noctes, hem quid noctes? imò totos dies cũ ipſis noctibus abſq; ulla temporis intercapedine literis inhiat.

Nulla apud eum temporis ho-
rula lectione uacat.
Nõ domus, nõ lectus ad quie-
tem datus, non deniq; ipſa
menſa uacua unq̃ ẽ lectiõe.
Non parũ multa noctiũ per
uigilia in ſtudijs conterit.
In ſtudijs literarũ noctes die-
bus coniungit peruigiles.
Iuuentam agit aſſiduis in lite
rarum ſtudio uigilijs.
Præ immodico ſtudio defor-
mi macie atteritur.
Immodico ſtudio ſe macerat.
Toto nixu ſtudijs inſiſtit lite
rarum.
Acerrimo labore ad literarũ
ſtudia incumbit.
Pertinaci diligẽtia literas pro
ſequitur.
Inter pierios ſacroſq; uates
aſſidue uerſatur.
Eſt in opere literarum fre-
quens.
In bonarũ literarũ ſtudijs ad
multum deſudat ſudorem.
Omnem ſuam curã atq; ope-
ram ad literas capeſſendas
confert.
Multijugas Muſarum crate-
ras ardet ebibere.
Aetatẽ ſuã manſuetioribꝰ di-
ſciplinis nititur excolere.
Addixit ſe literis ĩ famulatũ.
Seſe mancipauit ſtudio.
Nullis negotijs à ſtudio abdu
citur.

Quãtum ad uoluptates & res
ſuas obeundas ab alijs con-
ceditur temporum, tantum
ad colenda ſtudia inſumit.
Ne punctũ quidem temporis
à literis feriatur.
Nihil laboris non impendit
ſtudio.
Rectioribus ſtudijs laborio-
ſiſſimè addictus
Accuratiſſima ſedulitate uer-
ſatur in literis.
Omne ſuum ocium literis ſup
peditat.
Omnem operam ſtudio im-
partitur.
Meliores horas in ediſcendis
literis collocat.
Bonam ſui temporis partem
perdiſcẽdis literis inſumit,
atterit, conterit, cõſumit,
abſumit, tranſigit.
Nihil operæ in literis non col
locat.
Nullum uacuũ tempus ei facit
multiplex ſtudiorũ cura.
Sic eſt literis addictus, ut uix
ocium ſibi relinquat capi-
endo cibo.
Nihil ſibi ocij relinquit quan
tum licet per ualetudinẽ.
Totum ſe libris dedit.
Studijs tam operoſe inſudat,
innititur, inhæret, ut ne tẽ-
puſculum quidem ſibi reli-
quum faciat ſarciendis cor
poris uiribus.





Dies uitæ ſuæ omnes in lite-
ris inſumit.
Studio literarum omneis an-
nos conterit.
Gratijs ac Muſis ſacra nunq̃
non facit.
Immenſam operam capeſſen-
dæ ſcientiæ dedit.
Se totum ſtudio literarũ con-
ſecrauit, deuouit, dicauit.
Gymnaſia literaria frequens
cultor atterit.
Muſæa diſcendis literis ſacra
crebro pede terit.
In ſtudiorum campo ſeſe iu-
giter exercet.
Hoĩes in admirationem rapit
ſua in literis pertinacia.
Sermone uix queam cõſequi,
quàm pertinaci indulgẽtia
literas amplectatur.
Eum à literis nullum ociũ ab-
ſtrahit. Voluptas auocat
nulla, ſomnus deniq; nul-
lus retardat.
Pulcherrimũ ducit literis ipſis
cum Philemone aut inſe-
neſcere, aut immori.
Vir in literarum curriculo di
ligentiſſimus, accuratiſſi-
mus, impigerrimus.
A ſtudijs uix eſt ocium ſcalpẽ
dis, ut aiunt, auribus.

*Excellit in literis.*

Vir oĩs doctrinæ princeps.
Theatri literarij ceu Roſcius
alter.
Vir in literis ſummus.
Plato philoſophorũ Achilles.
Hieronymus Theologorũ Ho
merus.
Paulus theologorum prima-
rius, præcipuus, facile pri-
mus.
Ambroſius theologicæ mili-
tiæ anteſignanus, ſignifer,
uexillariꝰ, primipilus, uex
illifer.
In politiori literatura palmã
tenet.
Primam laudem obtinet.
Primum obtinet locum.
M. C. eloquentiæ arcẽ tenet.
Vir eſt, qui faſtigium omniũ
diſciplinarum tenet.
Obtinet principatum.
In cultiori theologia regnat,
dominatur, primas tenet.
In literis humanioribus præ-
Nulli eſt ſecundus. (cellit.
Tam nemini cedit, q̃ alios lon
gè ſuperat.
Nullo inferior eſt.
Nemine poſterior.
Omneis procul à ſe relinquit.
Omneis relinquit à tergo.
Albis ut aiũt equis prçcurrit.
Longo interuallo antecedit,
anteit, præit, præcellit, prç
currit, præcedit.
Vnus eſt ex cultioris literatu
ræ proceribus.
Eſt theologus inter ætatem

præſtanti ſcientia.

Vir in bonis diſciplinis graui authoritate præditus.

Nulli è primo loco inter theologos ceſſerit.

Primarias partes in ſtudio theologico nemo non tribuit. N.

Si plures eſſent Eraſmi ſimiles, nihil haberent hæc ſecula cur antiquitati inuiderẽt

Artes omnes nouit Eraſmus.

Nullum omnino doctrinæ genus eſt, in quo nõ ſit exquiſite uerſatus.

Nulla eſt diſciplina, quã non ad unguẽ ꝑdidicerit, adeò ut in una ſola qualibet laboraſſe uideatur.

Quicquid unq̃ bonæ eruditionis ab egregijs authoribꝰ repertum ac traditum eſt, id uniuerſum unus hic abſolutè perceptum cognitumq; habet.

Omnia arte præcellens.

Cæteris omnibus doctrina anteſtat, & eruditione longè anteit.

Literarum omnium ſine controuerſia anteſignanus

Eraſmus eſt cuiuſuis diſciplinæ promus largiſſimus.

Fons omnium diſciplinarum uberrimus.

Fons, & ut uerius dicam, oceanus omnigenæ literaturæ.

Eraſmus orbem illum doctrinæ, quem Græci ἐγκυκλοπαιδίαν uocant abſoluit.

Theologus eſt numeris finibusq; oĩbus abſolutiſſimus.

In omnibus ingenuis artibus ita uerſatus eſt, ut excellat.

Dignus, quẽ orthodoxorum theologoꝝ centuriæ ſuis ſedibus fuerint dignatæ.

Vir inter eruditiſſimorum coronas iure numerandus.

Bonarũ literaꝝ numeros oẽs fœliciſſime abſoluit.

Eſt author claſsicus, & primæ dignitatis.

Scriptor notæ primæ, uir primæ notæ primiq; ordinis.

In manſuetiori humanitate eminentiſſimus.

Inter literatos eſt ueluti patritius, ſenatorijq; ordinis.

Omneis, ſine dubio in ſtudiorum genere procul à ſe relinquit.

Peruigil Muſarum ſacerdos.

Antiſtes omnis literarij ordinis, ac uelut protomyſta.

In theatro literario primis ſubſellijs collocandus.

In omni genere ſtudioꝝ tam exactè perfectus, ut nihil ſit q̃d præterea deſideres.

Inter clariſſimos literaꝝ profeſſores celeberrimus.

Eſt Gratiarum Muſarumq; omnium choro ſtipatus, ſi quis



quis omnium magis.

Non uideo cui ſit nomine literarum conferendus

Non uideo in qua re alijs cedat Eraſmus.

Habet noſtra ætas Eraſmũ (deum immortalem) quãta linguarum, quãta diſciplinaꝝ oĩm ſcientia præditum.

Inter meliorum literarũ proceres & myſtas non poſtremus.

Literarum oĩm eminentiſſima cognitione nobilis.

Tam abſolute, tamq; exacte eruditus, ut nihil ſit præterea requirendum.

*Excellit in uarijs diſciplinis.*

Grammaticorum laborioſos canones excuſſit

Rhetorum floſculis abundat.

Dialecticoꝝ argutias callet.

Phyſices arcana ꝑueſtigauit.

Supra mundanæ ſapiẽtiæ ardua ſuperauit.

Theologoꝝ abdita ꝑſpexit.

Poëtarum omnium omnes fabulas mirè tenet.

*Exercitatus in literis.*

Homo eſt lectione multa exercitus.

Paleſtræ literariæ miles exercitatiſſimus.

Literarum certaminibus, etiam inter milites exercitatiſſimos excellit.

Suus labor literaꝝ periculis clarè integreq; uerſatus eſt.

In militia literaria exercitatiſſimus.

Homo eſt multæ ac propè infinitæ lectionis.

Fideliſſimus bonaꝝ literarũ miles.

Sub auſpicio Apollineo ſuccinctiſſimus miles.

In Muſarum ſtudio nulli ſecundus.

Literarum exercitatione oĩbus ferè pilam præripit.

In Muſarum ſtudio accuratiſſimè exercitus.

Veteranus Palladis miles, cõſummatiſſimusq; Palladis præſul.

Cum Muſis ſępiuſcule congreſſus decertauit, dĩgladiatus eſt.

In harenã Palladiã deſcendit unde uictor tandẽ redijt.

Nuſquam haſtam abiecit.

Certamine literarum acerrimus fuit.

*Eleganter & ornatè loquitur.*

Eſt Rhomana facundia nobilitatus.

Latina eloquẽtia ſpectabilis.

Eloquij Latialis nitore conſpicuus.

Homo ornatioris eloquij.

Homo ornatiſſimæ facundię.

Cultus eſt & eloquens.

Facunda ac nitida elocutione utitur

Loquitur omni barbarie procul repulſa.

Singularis eloquij ſuauitas ore ſuo demanat.

Eſt uelut quidã eloquij Rhomani deus.

Cum ſumma uerborũ elegantia, ſermonisq́; uenuſtate, atq; gratia declamat.

Ciceronis elegãtiam atq; iucunditatẽ in dicendo egregiè exprimit.

Qui eloquentiam (quæ in eo eſt ſingularis) maiorem deſideret, is mihi ſuauitatem in melle deſiderare uidetur.

Tantum cultus & nitoris ineſt ſuæ linguæ, ut ad ſolam audientium delectationem genitus uideatur.

Suauiloquo lepore ualet, rhetoriſſat, & Muſas Latias ſtudioſè colit.

Hic Demoſthena, Tulliumq́; uincit, linguæ pręcipuos duces q; ſummos.

Eſt Latina facundia celebratus.

Vir cultiſſima facundia præcellens.

Orator eſt haud Hercle ignobilis.

Eſt inter Rhomanæ linguæ Quirites elegantiſſimus.

In ſuo ore puriſſima reſidet Latinæ linguæ proprietas.

Seſſitat in labris Suada diſerta ſuis.

In labris Pito ſtat reuerenda ſuis.

Suis labris perſuadẽdi deam, (quæ à Græcis Pitho, à nobis Suada & Suadela dicit) ſeſſitaſſe nemo neſcit.

Orationis & eloquij ſuauitate clarus

Eſt Latinæ linguæ delicium.

Rhomano ſplendore ſuũ uenuſtat eloquium.

Terſè, nitidè, ac preſſè loquitur.

Mira ineſt uerbis ſuis elegantia.

Loquitur ſumma uerborum munditie atq; luce.

Nihil ſuo eloquio politius, ex cultius, eruditius.

Intelligunt omnes hunc tantum facundiori eloquio cęteris præſtare, quantũ eruditione ſingulari.

Tam facũdus exiſtimatur, ut ſi ipſe Hermes cœlo deſcenderet, nec elegantiore, nec beatiore facundia uſurus uideatur.

Latinè loquax.

Homo omniũ facundiſſimus, quẽ optimo iure Suadę medullam quis dixerit.

Quæcunq; eloquitur incredibili uerborũ ſuauitate dulceſcunt.

In-



Incredibili quadam ſuauitate uerborum utitur.

Eo loquenti illa Homerici ſenis mella profluere uidenẽ.

Nihil non eruditè & ornatè, nihil non diſtinctè, & ad amuſſim loquitur.

Oratio ſua pura eſt, aperta, facilis.

Dulcis ſermo, proprius, terſus, exquiſitus, & grauis.

Eum dicas uberrimum quoddam eloquentiæ horreum.

Muſam quandam non hominem loqui contenderes.

Illi rhetorica ſubſeruit, & ad unguem nota eſt.

Illi domeſtica ſunt, & familiaria rhetorices præcepta.

Dum loquitur, iurares eſſe Demoſthenem, aut ſi quis Demoſthene ſuperior eſſe poteſt.

Exactiſſima dicendi facultate ualet.

Suo ex ore fluit oratio melle ſuauior.

Sua oratio adeò fluit, ut ſecũ rapiat auditorem.

Hunc præter ſummã eruditionẽ dos eloquẽtię cõmendat.

Mellita quædam ſuauitas ſuo ori inſidet.

Tam expolitè loquitur, ut ne Cicero quidem politius.

Nihil ſuo ſermone ſuauius, mellitius, nitidius.

Eſt quædam medulla Suadæ.

Flexanimã quandam Suadelam in dicendo refert.

Sui ſermones è ditiſſimo quodam pectore in morem lepidiſſimi fontis ſcaturiunt.

Purè integreq́; loquitur.

Syncerè, candidè, nitideq́; eloquitur.

Incorruptus eſt illi ſermo, nemo enĩ tã ferreus, quẽ ſuus ille purus ſyncerusq; ſermo non protinus demulceat.

Præſtantiſſimus eſt cũ omnis gneris eruditione, tum uel maximè linguę Latialis glo

Linguæ Latialis gloria inſignis.

Nullus eſt dicendi candore eo ſuperior.

Vir in narrãdo miræ iucunditatis, & clariſſimi candoris.

Tanta eſt eloquẽtia præditus, ut omnes alios quoſcunque putes aut ranas Seriphias, aut Achantias cicadas.

Tanta uenuſtas illius ſermonibus ineſt, & polities, & Sapho (dixerim) plusq̃ Attica, ut nihil ſuo eloquio ſit uenuſtius.

Vir dicendi maieſtate & orandi præſtantia clariſſimus.

Hoc homine facundius quicq̃ dicere mihi religio eſt.

Nihil ſuo eloquio terſius, cultius, caſtigatius, emaculatius-

tiuſue audiri poteſt.
Hic unicus omnes dicendi Veneres amplexatur.
Muſarum blanditiæ & illecebræ ei ſanè quàm frequentes ſunt
Eſt ſupra quàm dici queat eloquentiſſimus
Eſt typus atq; ſimulachrũ totius Latialis politiei effigies.
Hujus uiri facundia pleriſq; uidetur ad formandã eloquentiam ſola ſufficere.
Rhetorum floſculis uenuſtatus, ueneribus oratorijs lenocinijs, coloribus, pigmentis, ceruſsis, myrothecijs, apparatu, luxu, diuitijs, opibus, blandicijs, illecebris, uenuſtate, luce, mũdicia, mundo, lepore, concinnitate, artificio, dexteritate, politie, ornamento, iocis, ſalibus, uarietate, ſplendore, decore, honeſtamento, ornatu, ſtylo, gratia, elegantia, eloquio, condimento, aculeis, melle, cãdore, feſtiuitate, nitore, gemmis, ἐυμυθία, cultu, delectu, eminẽtia, facũdia, amœnitate, præſtantia, iucunditate, hilaritate, modeſtia, modulis, modulamine, harmonia, acrimonia, acutie, concentu, ſolertia, ſuauitate, ſuauiloquio, ſuauiolentia, urbanitate, comitate, gratiaq; uerborum excomptus, comis, placidus, argutus, gratioſus.
Ex Ciceronis ludo tanquam ex equo Troiano innumeri oratoriæ diſciplinæ heroes fortiſſimi prodierũt, in quorum albo haud abſurdè annumerandus eſt.
Huic eſt eloquẽtia, & inſignis oratio acuminis & ſolertiæ plena
Suę orationi ineſt ornatus cũ ſumma perſpicuitate.
Orationi ſuoꝝ uerboꝝ ineſt facilitas, & facilitati inuentionum non deeſt ornatus.
Ex hoc hoĩe reginãrerum eloquentiam inuenias, in q̃ ſunt Catonis grauitas, Cælij lenitas, Gracchi impetus, Cæſaris calor, Hortenſijq; diſtributio, & Ciceronis opulentia.

*Eleganter ſcribit.*

Epiſtoliũ ſcribit eleganti ſtructura.
Filo oratorio affabre cõtextum, oratoria ſcaturigine reſperſum.
Scripta ſua ſunt piperata oratoꝝ facũdię cohęrẽtiſſima.
Scribit terſè, nitidè, & expolitè.
Scripta ſua ſunt miro uerborum



rum cultu expolita.
Nihil ſcribit niſi ingenio perfectum, & induſtria elaboratum.
Scriptis ſuis nihil poteſt eſſe, neq; doctius, ſapidius.
Scriptoꝝ ſuoꝝ genio delectãtur oẽs, tam lepida ſunt.
Scripta tua diuite quadã ſententiarum atq; uerborum copia, aurei fluminis inſtar exuberant.
Spirante Minerua hoc elucubratum eſt.
Scripta ſua ſunt eloquẽtię pigmentis adeò uenuſtata, ut in ijs eloquij lumẽ ſplendi-
In ſuis ſcriptis uelut (cet. quoddam eloquij Latialis lumen ſplendicat
Scripta ſua ſunt myrothecio Iſocratico affatim delibuta.
Scriptis ſuis ineſt cõcinna facilitas, & facilis concinnitas
Nemo eſt, quem feſtiuitas ſui ſtyli non protinus pelliceat.
Beatiſſima in ſcriptis Eraſmi rerum & uerborum copia.
Multum ei ineſt eruditæ facilitatis
Eraſmus eſt uerborum delectu religioſus, & proprietate perſpicuus.
Eraſmus uerborum ſupellectile diues
Compoſitione expeditus.
Veneribus oratorijs gratiſſimus
In ſcribendo uidetur eſſe Gratiarum choro ſtipatus.
Eraſmi ſtylus placidus, ſedatus, inaffectatus
Stylus Eraſmi eſt ſui undique ſimilis, apertus, ſimplex, modeſtiæ plenus, doctus, eruditus, perpolit9, nihil uſquam habens ſcabri, contorti, conturbati.
Quę non (obſecro) ſuauitas illa ſuorum ſcriptorum tanta, elegantia tam diues, tot ſales, tot aculei, argutiæ, tanta eruditio, tanta uarietas, tantaq; ubiq; Veneres & Gratiæ delectant.
Scripta ſua ſunt promiſcua uenuſtate atq; luce, mundiciaq; uerborum perornata.
Sunt lepidis & uenuſtis uocũ modulis uincta
Sunt Demoſthenio lepore exculta
Miro uerborũ lenocinio phalerata
Multijugis ſermonis oratorij phaleris redimita.
Eleganti ac abſoluta uerborum cultura elabora
Non ſunt à Rhomani eloquij puritate aliena
Sunt uenuſtiſſimis, delectiſq; uerbis ac ſententijs plena.
Lite-

Literæ ſuæ ſunt nõ ſolum eru
dite (quod illi perpetuũ eſt)
uerũ etiã gratijs, leporibus,
ſalibus ſic undiq; ſcatentes,
ut nemo ſit tam planè ἀγέλα-
σος, quin his legẽdis planè hi
(lareſcat.
Illi perpetuũ eſt,
peculiare, & propriũ q̃ eru-
ditiſſime ſcribere,

Quæ ſcribit cõplere apes flo-
ribus, & innectere uidẽtur.

Que ſcribit, abundè lectorem
reficiũt, tam grata ſunt, &
elegantia.

Mirũ eſt quãtũ in ſcriptis ſuis
ſit humanitatis & uenuſta-
tis, q̃ arguta, q̃ dulcia, q̃ niti
da ſunt, dictu mirum eſt.

Nihil non elegans, penſicula-
te & enucliate ſcribit,

Lepidè & uenuſtè ſic ſcribit,
ut prorſus melius fieri poſſe
nihil cenſeas.

Scripta ſunt ſua multo uenu-
ſtatũ colore depicta & ua-
(riegata.
Sua ſcripta eximiã
dicẽdi facultatem referũt.

Scripta ſua ſunt ita examuſ-
ſim perfecta, atq; ad ſummũ
abſoluta, ut ne ab liuore qui
dem aut Momo ualeant re-
prehendi.

Suis pereruditis ſcriptis ſum-
mã uerborũ elegantiã, ſum-
mum nitorem, ſplendorẽ,
candorem adiungit.

Scripta ſua ſunt omni elegan
tiarum genere ornatiſſima.

Scriptis ſuis nihil eſt doctius,
candidius, politiusq;.

Illud ſuũ ſcribẽdi genus mini-
mè triuiale eſt, quinimo cul
tũ ſubactũq;, ſparſum deniq;
optimarum lectionũ fruge.

Compoſitiſſima ſunt ſua ſcri
pta, & q̃ fieri poteſt elabo-
(rata.
Scriptis ſuis haud pa-
rum lucis & ſplẽdoris ineſt.

Muſæ omnes certatim ei ſcri-
benti aſpirant.

Nihil non eruditè, & ornatè,
nihil non diſtinctè, & ad a-
muſſim ſcribit.

Sua ſcripta adeò fluunt, ut ſe-
cum rapiant lectores.

Sua ſcripta multam uariamq;
reſipiunt lectionem.

Suis ſcriptis uerborũ mundi-
cies nunquam non accedit.

In ſuis ſcriptis nihil uideas,
niſi politiem uerborũ, bea-
tamq; rerum & ſententiarũ
copiam.

Scriptis ſuis accedit Romanę
proprietatis peritia ſummè
admiranda.

Scripta ſua ſunt omni Venere
chariora, longeq; cultiora.

Sunt ad Ariſtophanis lucer-
nam elucubrata.

Oleum lucernamq;, & demor
ſos ungues reſipiunt.

Demoſthenis aut Epicteti lu-
cernam olent.

Hæc



Hæc ego crediderim Venuſi-
na digna lucerna.

Varijs rhetorum ſchematis la
ſciuiunt.

Innumera Latini ſermonis
ubertate inſtar læti grami
nis luxuriant.

Eſt feſtiuus in ſuis ſcriptis ni
tor, & gratiſſima Latina-
rum uocum exuberantia.

*Græcè doctus.*

Eſt Græca facundia inſignis.

Atticę lingue angulos omneis
penetrauit.

Attici ſermonis puritate luci
diſſime ſplendicat.

Græcarum literarum fœlici-
ter ſtudioſus.

Eſt Græcas res, literasq; Atti
cas perdoctus.

Non mediusfidius Athenas
ipſas eſſe tam Atticas di-
xerim.

Eſt Græca facundia prẹditus.

In literis Grecis callẽtiſſim⁹.

Literarum Græcarum longè
peritiſſimus.

Græcæ linguæ haud omnino
imperitus.

Suis Muſis etiam acceſſit Grę
citas.

Hominem Rhomanũ ne tam
Græcè loqui credas.

Græcarum literarum peritia
clariſſimus.

Singulari Græcæ literaturæ
peritia admirandus.

*Græcè & Latinè doctus.*

Vir eſt Gręcè iuxta ac Latinè
doctus.

Graium ſimul & Latinũ ſpi-
rat eloquium.

Vtroq; dicendi genere ualet.

Latio & Attico cœlo genitus
creditur.

Fato quodã benigniore huic
datũ eſt & Latio & Attico
cœlo naſcier & educarier.

Hic utrãq; linguã colit, & fo-
(uet.
Vtraq; lingua ſciens
& ualens.

Quicunq; hominẽ eloquentẽ
audiunt dum Græca loqui-
tur, Athenas ipſi fuiſſe pa-
triã: dũ linguã Latinã culto
ore modulatur. Romano
ſolo genitum exiſtimant.

N. utrãq; literaturã adeo im
plet, ut utram magis haud
ſatis conſtet.

Græcam & noſtram Mineruã
pulchrè amplectitur.

Eſt utriuſq; linguæ quaſi cy-
gnus.

Eſt utroq; dicendi genere prę
ſtantiſſimus.

Tam Græcis quàm Latinis li-
teris ornatiſſimus.

Nõ facile diſcerni poteſt quæ
linguarum ſit ei inſititia &
quæ genuina.

Eum nõ Latina modo, ſed &
Græ-

Græca literatura plurimũ exornat.

Eſt cultiorum literarum amator præcipuus.

Non modo iurecõſultiſſimus, uerumetiã Græca pariterq́; Latina lingua doctus.

Inſueuit literis Græcis & Latinis operam dare, & euoluendis bonis authoribus.

*Immiſcet Græca Latinis.*

Latino ſermoni ſemper Græcanicæ quippiam ſupellectilis intertexit.

Vbertatem ſermonis Rhomani Græca grauitate condire ſolet.

Splendeſcit magis, atq; liquidius eniteſcit, & tanq̃ peregrinarũ adiectione gẽmarum ac mertiũ cõditior ac illuſtrior fit Latina oratio, ubi quippiam Græcanicæ ſupellectilis intertexitur.

*Habet bonum ingenium.*

Eſt acrimonia ingenij præditus.

Comi & perbenigno præditus ingenio.

Eſt egregio ingenio præſtãs.

Amœno acriq́; ingenio clarꝰ.

Habet ingenium fœlix, & bene natum.

Eſt fœlici fœcũdoq; natus ingenio.

Nihil hoc adoleſcente ingenioſius.

Nil ſuo ingenio præſtantius.

Acri ac ſingulari ingenio clarus.

Ingenio maximè ualidus.

Vir eſt nõ uulgari ingenij dexteritate conſpicuus.

Ei innata eſt facilitas, præſtãtiaq́; ingenij.

Illi à natura inſitus ingenitusq́; eſt ingenij uigor.

Ingenij eſt excellentiſſimi.

Et impigro atque acri ingenio.

Eſt facilis in excogitando, & ad diſcendum promptus.

Innata eſt illi claritudo ingenij.

Solertia ingenij plurimum ualet.

Ingenij dotibus cumulatiſſimus.

Ingenij claritate inſignis.

Optimo natus ingenio.

Fœliciſſimo ingenio natus.

Non eſt exiguum, quicquid eſt in eo ingenij.

Sũma ingenij gloria clarus.

Ingenij gloria cæteris omnibus antecellit.

Summa ingenij gloria præditus eſt.

Perurbano & maximè feſtiuo ingenio natus

Sua facies ingenium arguit fœliciſſimum.

Sua



Sua ſcripta mihi ſpecimẽ acris uegetiq́; ingenij prębuerũt.

Deum immortalem, quàm fœlix, q̃ iucundum, q̃ promptum hominis ingenium.

Iuuenis eſt feſtiuo fœliciq́; ingenio, ac ſummę ſpei.

*Indolis bonæ.*

Mira in hoc adoleſcẽte indoles effulget.

Eſt bonæ atq; inculpatæ indolis.

Huius adoleſcentis prima ætas manifeſtum iter ad uirtutes oſtendit.

Eſt egregia indole inſigniter clarus.

Ingenij manſuetudine inſignis.

Spectatiſſima indole clarus.

Nulli non eſt probata ſua indoles.

Eximia ſpe, & ſumma indole præditus.

Ea indoles eſt ſua, ut nemini non magna polliceatur.

Facit ſua indoles, ut de eo egregiam ſpem cõcipiamus.

Prælucet in adoleſcente lumẽ quoddam bonæ indolis.

Pręclara oĩa nobis promittit ſua perq̃ fœlix indoles.

In cauſa eſt ſua indoles fœliciſſima, ut magnæ ſit expectationi.

Magnam de eo expectationẽ ſua indoles nobis promittit

Eſt iuuenis ex ſua indole natus ad ſummã eruditionem.

Indolem habet Muſis Gratijsq́; natam.

Nihil adhuc uidi ſua indole generoſiꝰ, amabiliꝰ, fœliciꝰ.

Vere, iuxta Salomonis dictũ, Animam ſortitus eſt bonam.

Suum ingenium ad res maximas dotibus omnibꝰ inſtruxiſſe uidetur natura.

Nihil ſua indole præſtantius, clarius, inſignius.

In puero hoc mirifica indoles uirtutis apparet, & ingenij lumen eluceſcit.

Nihil in hoc iuuene ineptũ, nihil improbũ, nihil immodeſtũ, nõ inuerecũda frons, non latum ſupercilium, non lucentes oculi, non proterua lingua, non inconſtans uultus, nihil ubiq; poſtremo uel in facie, uel in geſtu indecorum.

Egregiæ cuiuſdã indolis ſpecimen dedit.

Ego hominis ingenio delector unicè.

Adoleſcens prorſus indole diuina, docilitate incredibili, probitati uirtutiq́; natus, ad hæc amabili quadã morum grauitate.

Iuuenis bonæ ſpei, & in quem rectè beneficiũ contuleris.

Dici non poteſt, q̃ mihi placeat tua indoles.

Tua

Tua mihi indoles magis ac magis arridet.
Indoles erecta uiuidaq́; animus ardens, excelſus, & ad humanitatem propenſiſſimus, ſumma uigilantia, prudentiaq́; præditus.

*Nobilis.*

Natalium claritudine conſpicuus.
Claris natalibus ortus.
Summo loco nobiliq́; genere ortus.
Splendore natalium conſpicabilis
Ingenua de ſtirpe natus.
Ingenuis parentibus ortus.
Illuſtri ortus familia
Nomine & natalibus ſuorum maiorum clarus.
Non humili loco natus.
Natus de gente non obſcura.
Non obſcuro gñe prognatus.
Genere haud ignobili glorioſus
Non infimo loco natus.
Apprime nobilis.
Clarus gñe atq; opibus uir.
Generoſo ſanguine cretus.
Suis natalibus nihil eſt nobilius.
Nihil ſuo genere illuſtrius.
A multa ſeculorum memoria maiorum ſuorũ honos cũ illuſtrauit.
Alto loco natus.
Eſt cõditionis haud abiectæ.
Vir ſupremæ conditionis.
Nobilitatis non deſpiciendæ.
Natalium luce ſplendicat.
Vir ſplendore gñis inſignis.

*Bene moratus.*

Varia morum honeſtate præditus
Bonis moribus uberrime ſuccreuit
Morũ integritate cõſpicuus.
Singulari cultiorum morum præſtantia efflorescit.
Cultiſſimis, puriſſimisq́; moribus pellucide floret.
Animus ſuus eſt uaria morum honeſtate compoſitus.
Defecatis moribus genuinaq́; probitate clarus.
Bonis moribus innutritus.
Elegantium morum honeſtamento undecunq; refertiſſimus.
Elegantiorum ſplendore morum clareſcit.
Vir moribus bonis conſpicuus.
Præclaris moribus & excellẽti uirtute inſignitus.
Quem ſuorũ morũ integritati conferendũ autumẽ, reperio certè neminem.
Nihil ſuis morib⁹ cultius eſt.
Nihil ſuorum morum elegantia ſuauius, nihil mellitius.
Adoleſcens eſt moribus ſuauiſſimis.
Mira ſuauitate morum nemi-



mini non charus.
Vitæ ac morum elegantia celebratus
Eſt moribus mellitiſſimis
Mores habet longè omnium candidiſſimos
Eſt moribus plus q̃ niueis.
Mores habet inculpatos
Vir immenſo candore morũ obſeruandus
Clauo purior
Gubernaculo purior
Inculpatè uiuit
Moribus eſt undequaq; integris & incontaminatis.
Vir præter mores candidiſſimos utriuſq; literaturę peritiſſimus
Morum integritate inſignis.
Vir fide ſynceriſſima, morib⁹ plus q̃ niueis.
Vir incredibili morum ſuauitate clarus.
Mira facilitate morum conſpicuus.

*Prudens.*

Eſt pręnitentis homo prudentię.
Virtute prudentiæ pręſtantiſſimus.
Præclarum totius prudentiæ ſpecimen
Prudentiſſimus paſſim uel apud aniculas habetur.
Viua prudentiæ imago
Viri prudentis exemplar.
Solidam atq; expreſſam prudentię ideam eſt conſecut⁹.
Illi gaza quædam omnis prudentiæ prodiga, ut aiunt, manu eſt elargita.
In hoc homine certat prudentiæ æqualitas cum probitate morum
Exiſtimant oẽs prudentiam quaſi lumen aliq̃d cæteris extinctis in eo eluceſcere
Si quis abſolutum ueræ prudentiæ exemplar requirit, à nemine rectius petierit, quàm à N.
Noĩe prudentiæ uenerandus.
Multis prudentiæ nominibus ſuſpiciendus

*Sapiens.*

Singulari ſapientia præditus.
Homo eſt ſpectabilis ſapiẽtię
Perſpectiſſimum ſapientiæ exemplar
In numero uirorum ſapientũ merito habendus
Sapientiæ ſtudioſiſſimus.
Sapientiæ radios in eo proſpicere eſt.
Exiſtimat quiuis, oĩm oculos in eum ob ſingularem ſapientiam coniectos eſſe.
Sapientiæ luce conſpicabilis.
Ornatiſſimæ ſapientiæ uir.
Dignus Phœbi tripode
Dignus qui noĩe eximiæ ſapientię, qua eſt pręditus, epulis diuũm accumbat.

Singulari ſapientia ſummus.
Noīe ſapientiæ admirandus.
Vir cuius ſapiētię nihil deeſt.
Dignus qui omnium conſenſu ſapientiſſimus iudicetur.
Tantos in ſapientiæ ſtudio fecit progreſſus, ut poſſit regere conſilijs urbes, & emēdare iudicijs.
Hunc hominem dos ſapiētię, uitæ ſanctitati cōiuncta nō parum commendat
Omnibus ueræ ſapientiæ dotibus cumulatiſſimus
Catone ſapientior.
Vir publicarum priuatarūq; rerum adminiſtratione per ſapientiam ſuam accommodatiſſimus.

*Virtuoſus, ut barbari aiunt.*

Eximia uirtute prēditus.
Homo multiiuga uirtute præcellens
Omnium luce uirtutum clareſcit
Omnigenis uirtutibus adornatus
Splendidis uirtutum ornamentis decoratus
Summa atq; ſingulari uirtutis excellentia clarus
Virtutum propè omnium amplitudine inſignis
Vir omni uirtutum genere inſtructiſſimus
Abſolutum uirtutis exēplar.
Viua uirtutum imago
Virtutis gratia admodum uenerandus.
Numeris finibuſq; omnibus abſolutæ ſunt ſuæ uirtutes.
In eo uirtutum penè omnium quaſi quidam concētus exaudiatur.
Eſt [illegible]multis magnificiſq; uirtu[illegible] titulis honeſtatus.
Vi[illegible]e ipſa clarior, atq; uirtu[illegible]præconio ſuperior.
Exi[illegible]uirtutum ſplendore co[illegible]t.
Prin[illegible]omni uirtutum laude [illegible]latiſſimus
In ho[illegible]mine quaſi lumen aliqu[illegible]uirtutis proſpicere ui[illegible]ur.
Velut in [illegible]peculo poſitꝰ ſe præbet alijs formam atq; exemplar uirtutum.
Vir eſt non parum multis uirtutum ornamētis affectus.
Splendorē atq; ornamentum uirtutis nusq̄ non retinet.
Animus ſuus eſt ad ſolam uirtutem inflexus.
Eſt uirtutū experimentis ipſa nobilitate clarior, ſuarūq; uirtutum ueſtigia ubiq; impreſſit.
In hoc homine uirtus ſe per omneis numeros omnibus palàm oſtendit.
Vir eſt qui ornamento uirtu-
tum



tum procul excellit, atque eminet.
Quanta uirtutum gloria præſtet, dici non facile queat.
Suæ uirtutes literarum monimentis ita ſunt proditæ, ut nec meo, nec cuiuſquam eloquio indigeant.
In hoc homine luculentiſſima omnium uirtutum ornamenta cernere eſt
Diceres naturam eum ad ſolam uirtutē dotibus omnibus inſtruxiſſe.
Iudicares hominem ſoli uirtuti natum
Virtutis uerę cuſtos, tutelaq; honeſti.
Virtutes habet in numerato.
In eo q̄ plurima uirtutum ornamenta ſatis eluceſcunt.
Homo eſt ſumma uirtutum integritate ſpectabilis.
Animū habet omnigeno uirtutum flore fragrantiſſimū.
Abſolutiſſimum omnium uirtutum exemplar.
Gratulor tibi, ꝙ immortalē tuis egregijs uirtutibus gloriam conciliaueris.
Cumulatiſſime uirtuti tuæ luculentā copulaſti doctrinā.

*Fortis.*

Vir eſt corporis uiribus, & animi magnitudine pariter inſignis.
Vir præter cęteros magnanimus
Omni animi magnitudine & conſtantia pręſtantiſſimus.
Egregia animi claritate compoſitus
Eſt unicum fortitudinis ſpecimen.
Magnanimitatis norma
Viribus pollens, & animi magnitudine clarus.
Vtraq; fortitudine præſtans.
Homo eſt excelſi, præſtantis, inuicti, maſculi, generoſi, alti, heptabei animi.
Homo animi non ignaui, ſed excellentis.
Vir ſupra humanum modum magnitudine animi præditus.
Fama eſt, hunc ſua tempeſtate corporis robore, & animi magnitudine lōgè alijs præſtitiſſe.
Huius uiri fortia facta per uniuerſum orbem iam clara celebrantur
Acceſſione uirium factus eſt fortior
Vbi res præclara uerſatur, ibi ſe ſemper impigerrimum exercuit
Fortis & præpotentis animi.
Maſcula uirtute conſpicabilis.
Milone fortior

*Iureconſultus.*

Eſt legũ ciuiliũ conſultiſſim9.
Eſt peritiſſimus iuris
Legitima ſciẽtia conſpicuus.
Legum peritia inſignis
Nihil ei deeſt ad legitimæ diſciplinæ perfectionem.
Hic iuris nodos, & legum ęnigmata ſoluit
In diſciplina iuris, & noſcendis interpretãdiſq; legib9 ſcientia fuit illuſtri
Iuris prudentiæ candidatus.
Vtriuſq; iuris cognitione clarus
Iuris legumq; peritus
Vtriuſque iuris profeſſor clariſſimus

*Sobrius*

Eſt cibi potuſq; parciſſimus.
Exactiſſima frugalitatis norma
Socrate Curioq; frugalior
Curius alter
Non tam frugi erat Curius
Frugalitatis, parſimoniæq; laude conſpicabilis
Vitam ſuam q̃ plurimũ continenter agit
Eſt uir frugi
Vir ciborum potuſq; continentiſſimus
Frugalitatem accuratè obſeruat, ut quæ eſt bonæ ualetudinis cuſtos
Eſt inimicus luxurioſis, epulis, & non edax.
Eum uini cibiq; eſſe q̃ parciſſimum, ne inimici quidem negarent.
Eſt alienus immoderatæ uini abundantiæ
Eſt ab omni immodico ciborum uſu auerſus
Eſt oſor lautitiarum
Omnia luxuriæ irritamenta eſt exoſus
Si qs ſobrietatis nomine eſt commendabilis, hic omnium maximè.
Stoicus magis q̃ Epicureus, ſi uitæ ſuæ genus à ſecta uelis perpendere.
Ciborum lautiorum abſtinentiſſimus
Nemo oĩm eſt eo uno delectu ciborum minus moroſus.

*Probus.*

Genuina bonitate præditus.
Nihil ſuo genio melius, ſuauius, mellitius.
Genuina ei ineſt probitas.
Multa probitate conſpicuus.
Egregia uitæ ſynceritate clarus
Vir recti ſemper conſcius
Nullo uitiorũ dehoneſtamento conſpurcatus
Nulla internarum ſordium labecula reſperſus
Nullo peccati næuo deuenuſtatus
Vir



Vir ipſa probitate melior.
Tã ſancta tãq; ſyncera eſt ſuæ uitæ integritas, ut credatur ab omni fece terrena igne diuini amoris excoctus.
Nihil unquam cupidè, nihil quicq̃ improbè, aut impotenter egit.
Eſt candidis moribus formatus
Niuea probitate candidus
In eo prę cæteris peculiariter elucet mellita quædã morum ſuauitas ſumma cum dignitate copulata.
Auerſum ab omni turpitudine animũ habet, habuitq; ſemper.

*Abſtinuit ſe à peccato.*

Lubricũ adoleſcentiæ iter integrè & puriter egit
Semper à uitijs q̃ longiſſime receſſit
Remotos egit primos adoleſcentiæ annos ab omni criminis ſuſpicione.
A nequitia & corruptelis alieniſſimus
Iuuentam egit non ignauia marceſcentẽ, nõ abiectiſſimis ſcortis, non aleæ, non luxuriæ deditam, nõ uentri ſomnoq; indulgentem, non alijs illecebris irretitã, quæ generoſos animos frangũt & eneruant.

*Adultus.*

Exceſſit ex ephebis.
E pueris exceſſit
Pubertatem eſt ſupergreſſus.
Pubertatis annos eſt ſupergreſſus.
Per ætatem adoleuit
Atq; ubi iam matura uirum te fecerit ætas.
Natu iam grandis
Eum maturior ætas iam uirũ fecit
Exceſſit ex ephebia

*Optimus miles, dux, rex, imperator.*

Vir rei bellicæ gloria maximè ſtrenuus
Vir magnus gloria, magniſq; rebus geſtis.
Manu ſtrenuus, & bellator illuſtris.
Militaris diſciplinæ admodũ peritus
Militaris diſciplinę obſeruantiſſimus
Vir eſt, qui ob inſignem fortitudinem Achilles Gallicus dici meretur
Hunc prædcant oẽs in prælijs ſtrenuum omniũ & quæ pugna exigit artificem
Nouit hic omnia quæ ad militiam ſpectant
Cuncta militaria munera accuratiſſime obire didicit.
Rerum geſtarum magnitudine

dine & honorum atq; uitæ dignitate illuſtris.

Summus imperator.

Imperator rer maximus

In conſilijs rerum maximarꝫ, ac adminiſtratione totius Reipublicæ præclariſſimè uerſatus eſt

*Rex optimus.*

Nihil non regium agit.

Agit regem nulla ex parte non egregium

Illuſtriſſimus princeps.

Rex excellentiſſimus.

Nihil antiquius habet, q̃ pacem, quæq; ad Reipublicę commodum faciunt

Ei ineſt animus uerè regius.

Nihil magis regium dicitur, quàm paci & pietati conſulere.

Habet pectus uerè regium.

Omne ſtudium, omneſq; uires confert ad pacem orbi ſarciendam.

Latrocinia mira ſeueritate cõpeſcit, nocentes profligat, bonis legibus ſuum uigorem reuocat.

Regijs ornamentis decoratus.

Nemo hoc rege incorruptior

Nihil hoc uno æqui iuſtiq; eſt amantius

Nemo extitit hoc uno in regia functione dexterior.

Hic unus multorum heroum dotes, ac decora ſuis retulit Ptolomæi Philadelphi ſtudiũ erga bonas literas, Alexandri Magni fœlicitatem Philippi ciuilitatem, Cæſaris inuictam uim animi, Auguſti ſuauitatem, Traiani manſuetudinem, Alexandri Seueri integritatem, M. Antonij doctrinam, Theodoſij pietatem: & ſi quid aliud magis eſſe poteſt.

Omneis regij animi dotes habet in numerato

Princeps domi foriſq; uenerandus.

Prælio acerrimus, & bonus conſilio.

Luctantes populos benigno premit imperio.

Optimè præeſt ſuo gregi.

Imperiali arce ſceptra tenens qui animos ſubditorũ mollit, iras temperat, & prudenter moderatur.

Lege diuina inſtructus, ſcit premere, & laxas interdum illis dare habenas.

Rite regit dictis animos, & pectora mulcet.

*Deuotus (quod dicunt)*

Cœleſti contemplationi addictus, deditusq;.

Iugi rerum cœleſtium contemplatione altiſſime diſtringitur.

Sic incumbit cõtemplationi, ſic



ſic ea penitus obruitur, ut momentaneum reſpirandi uix ſibi permittat ociolum.

Solam rerꝫ cœleſtium meditationem uidet animo gerere.

Nihil non diuinũ animo, menteq; agitat.

Humana deſpicatur, ſolis diuinis incumbens

Se dedit ſoli ſpiritalium & ſupra mundanarum rerũ contemplationi

Inflexit animum ad ſola diuina pernoſcenda

Animum habet ad diuina capeſſenda.

Maxima cõſeruandę religionis conſtantia clarus.

A continua ueri cœleſtiumq; contẽplatione lato (ut dicitur) ungue minimè deflectit.

Nihil non poſtponit Chriſtianæ pietati.

Eo eſt animo natus, ut omnia humana inferiora ſe eſſe exiſtimet, ſoliſq; cœleſtibus inſiſtat.

Nunquã habet oculos ab exactiſſimo ſuperorum cultu remotos.

Quis non meminerit, q̃ ſit religionis, & pietatis Chriſtianæ ardens cultor.

Cunctis eſt in aperto, q̃ egregiam rebus diuinis operam inſumat.

Religioni ſuũ tenorẽ, ſuamq; obſeruationem reddit.

Diuinæ potentiæ bene ac conſtanter famulatur.

Eſt Numa religioſior

Socrate ſanctior.

*Humilis, ut uulgò fertur.*

Nihil eo modeſtius.

Modeſtiæ ſpecimẽ ſe præbet.

Seſe omnibus haud grauatim incuruat

Pro ſua auguſta manſuetudine, ſeſe omnibus æqualem facit.

Maieſtatis ſuæ faſces & uexilla cunctis propè ſubminiſtrat.

Nihil in uita uidi hoc homine modeſtius, ſuauius, benignius.

Animum habet nulla in alios maleuolẽtia ſuffuſum, ſed admiranda modeſtia ſuffultum.

Omni conuitio cedit, tam eſt modeſtus

Incuruat ſe cunctis non grauatim

Maieſtatis ſuæ faſces ac uexilla cunctis ęquè ſubmittit.

Auguſta ſua manſuetudine ſe cunctis fermè æqualẽ facit.

Hic homo ſummæ eruditionĩ ſummã modeſtiã adiunxit.

Ab omni ſupercilio faſtuq; longiſſime abeſt.

*Fidelis.*

Vir eſt fidei inconcuſſæ
Vir fidei probatiſſimæ
Laudanda eſt ſua in omneis probatiſſima fides.
Ne ἄϊτικὸς quidem μαρτύρ eſt hoc homine fidelior
Ex Iouis tabulis teſtis
Omnibus gratiſſima eſt ſuæ fidei integritas.
Facile credo optimæ fidei autori.

*Verax.*

Homo omnium longè ueraciſſimus.
Veritatis per q̃ ſtudioſus.
Veritatis prædicandæ ſtudioſiſſimus.
Vero ueriora ſunt quæ prædicat.
Veritate ipſa ueracior eſt.
Suis dictis non ſunt aut Apollinis oracula, aut Sibyllæ folia ueriora.
Vero uerius eſt quod aſtruit.
Suus ſermo nunquam abhorret à ueritate.
Nunq̃ à uero aberrat, deflectit, deficit, deſciſcit.
Veritatem nunquam deſerit, quæ (ut inquit Plato) dijs pariter & hominibus omniũ parens eſt & origo bonorum.
Magnam uim ueritatis habẽt ſua dicta.
Vir eſt ueritatis amiciſſimus, eiusq́; omnibus exhibendæ promptiſſimus.
Foliũ Sybillæ ſemper recitat.
Multum ueri ſemper affert, crepat, intonat.
Adeò uera ſunt quæcunq; dicit, ac ſi ipſe Cato dixiſſet.
Maximus cultor ueritatis.
Veritatẽ maximopere colit.
O magna uis ueritatis, quæ contra oĩm ingenia, calliditatem, ſolertiã, contraq́; fictas hominũ inſidias ſemper ſeipſam defendit.

*Diues.*

Eſt abundè diues.
Ingens habet diuitiarum pelagus.
Illi abundè ſuppetũt diuitiæ.
Affatim ſuppetunt opes
Nihil ſuæ opulentiæ deeſt
Copia opum & facultatibus pollet
Eſt opib⁹ ampliſſimis auctus.
Eſt probè ditatus
Eſt bene nummatus
Sunt ei diuitiæ perinſignes
Diuitiarum nobilitate clarus
Vix cederet opibus Crœſi
Ipſo Myda eſt gazis, & Lydo ditior auro.
Eſt opibus præcellens
Diues arat q̃tum decimus uix miluus oberret
Nimias opes ei inuexit fortu(na.
Opi-



Opibus ad luxuriem plenus.
Diues opum
Diues ut opes metiatur
Vltra rem Callicratis diues.
Auri ditiſſimus
Immenſas opes luculentasq́; diuitias habet
Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.
Magnas ſibi opes cõparauit.
Illi rerum ſecundarum affluit copia
Eſt Arabis ditior
Cyniram opibus antecellit.
Lyſicrates alter
Eſt copiæ cornu
Haurit è dolio
Habet lac gallinaceum
Maximam bonorum myrmeciam ſibi congeſſit
Ingentem auri farraginẽ nepotibus cumulauit
Diues ad ambas uſq; aureis.
Dextro Hercule natus
Pecuniæ uir
Vir prędiues
Nullius indigens uelut deus.
Auro habet ſuppactũ ſolum.
Crœſum opibus uincit
Eſt Crœſus diuitijs.
Eſt opulentior Crœſo
Pactoli diuitijs diues
Corporis bona in eum natura ampliter congeſſit
Eſt Craſſo locupletior

*Pauper.*

Egeſtate laborat.
Laborat ex inopia
Omnibus diuitijs nudatus
Omnium rerum egenus.
Magna egeſtate ſordeſcit.
Eſt Codro pauperior.
Indigentior Iro
Codro mendicior
Nudus tanquam ex matre
Nudior Leberide
Suis facultatibus lapſus eſt.
A priſtina fortuna defluxit.
Ad inopiam remis uelisq́; properat
Ne obulum quidem habet unde ſibi reſtim emat
Nudior Paxillo.
Tenelico pauperior
Pedem ubi ponat non habet.
Animam debet
Accepit grauem in facultatibus ſuis ruinam
Zonam perdidit
Eſt Pauſone mendicior
Omnem exutus eſt facultatẽ.
Omnibus opibus deſtitutus.
Et clypeo ſimul & Galea nudatus & haſta
Adact⁹ ad miſerandã fortunã
Aerumnis & pauperie deformatus
Omnia ſecum portat
Theognis diuitias habet
Eſt Agrippo ſterilior
Ne numus quidem illi eſt plumbeus
Gleomenis ſuperat cubile.
Manum ad ſtipem porrigit.

Aliena quadra miſerrime uiuit.
Exiguum cibum tremulo ore petit
Eſt nulla aut humili fortuna.
Tenuis conditionis.
Abiectiſſimæ fortunæ.
Eum omni humana ope habet fortuna ſpoliatum
Eſt humanis opib⁹ ſpoliatus.
Vitam duriter & miſere tranſigit.
Suis manibus uitam duriter ſibi ſuppeditat
Vitã degit in magno ſqualore
Pauperie præmitur.
Omnium rerum egens
Quàm plurimæ eum premũt ærumnæ
In ſummam egeſtatem proiectus eſt
In magnam pauperiem præcipitatus
Alieni auxilij egens.
Fortunis omnibus uacuus.
Inops, & alienam opem expectans.
De triuiali popularium fece.
Humili de fece
Tenuis homo ſortis
Tenuioris cenſus
Pauperrimæ conditionis.

*Fauet ſtudioſis, & doctos, quoad poteſt, adiuuat*

Homo eſt propenſa in uiros literatos beneuolentia.
Bonas arteis earũq; profeſſores plurimi æſtimat.
Literis adeò fauet & patrocinatur, ut eas cum haſta & clypeo ad libertatem & pileum uocet.
Exactiſſimas politioresq; literas adamat, ueneratur, ſuſpicit.
Eſt cultioris literaturæ perq̃ ſtudioſus.
Agit hic officium uiri humanioris, dum non diſciplinis modò, ſed etiam doctis impenſe fauet.
Virorũ eruditorũ genus illi q̃ plurimum placet.
Profeſſores atq; ſtudioſos bonarum artium ita complectitur & amat, ut æquè cunctis ſuæ quaſi maieſtatis faſces ſubmittat.
Eſt magnificus ſtudioſorum Mecœnas.
Ne Mecœnas quidem fauentior fuit Horatio, nõ Meſſala Catullo, nec Pollio Maroni, nec Philippus Ariſtoteli, ſed nec alius quiſpiam alij, q̃ ſua in cultores literarum diligentiſſima beneficentia.
Suum pectus iuuandis ſtudioſorum rebus natũ uidetur.
Melioris literaturæ ſtudia nõ nihil hactenus collapſa farcit.

Poli-



Politiores literas cum ueteris adhuc inſcitiæ patronis colluctantes fauore ſuo fulſit, autoritate tuetur, ſplẽdore ornat, benignitate fouet.
Magnificis ſalarijs eruditiſſimos quoſq; profeſſores inuitat.
Benignitate non uulgari ſtudioſos oẽs ſibi deſtrinxit.
Multijugo officio ſtudioſos rectiorum literarum demereri annititur
Nullo officiorum genere ſtudioſos non proſequitur.
Melioribus literis apud eum non modò eſt locus, uerum etiam eximia dignitas.
Toto pectore bonas literas, & earum cultores tuetur, fouet, alit, ornatq;.
Eſt pius antiſtes ſophiæ q̃ dona miniſtrat.
Apud hunc hominem literæ meliores ſua habent gynecia, ſua habent artes bonæ penetralia, ſua Muſæ ipſæ habent conuenticula.
Sua triclinia honeſtiſſimo & doctiſſimo cuiq; ſunt patentia.
Omnigenum probatæ diſciplinæ genus ſua cubicula perſonant.
Non Socratica ſympoſia de moribus doctius diſſerunt, nec cœnæ Macrobianæ argutius de literis diſquirunt, quàm ſui conuictores de omni tum humana, tum diuina ſapientia.
Eruditorum omnium eſt ſtudioſiſſimus.
Cultioris theologiæ profeſſoribus impenſe fauet
Theologiæ cultoribus ex animo bene uult.
Eſt præcipuus bonarum literarum fautor
Singulari & propenſa beneuolentia operantes in ſacris Muſarum complectitur.
Literaꝝ amator magnificus.
Literatis nunq̃ patitur deeſſe patrocinium.

*Optimus epiſcopus.*

Eſt dominici gregis peruigil obſeruator & cuſtos indefeſſus.
Hic cum inter aulicos primus agere poſſet, nuſq̃ tamẽ ab ouilis ſui conſpectu ne unguem quidẽ latum abſcedit
Eſt ſaluti ſui gregis ſic ſemp addictus, ut animaꝝ ſalutẽ potius quærat, q̃ ouiũ lanã deglubat aut deglabret.
Oĩbus eſt in confeſſo quantũ ſit ſuum ſtudium obſeruãdę non ſolum religionis, uerũ etiam amplificandæ.
Agit præſulem nulla ex parte non egregium.

Omnium

Oĩm eorum quæ ad curã gregis Chriſtiani ſpectant obſeruantiſſimus
Illi nihil eſt Chriſti gloria antiquius.
Dignitatem pontificiam uitę integritate conduplicat.
Ornamento uitæ non minus quàm pontificio titulo clariſſimus
Digniſſimus eſt qui pontificij muneris honore ſit auctus.
Suſcepto pontificio munere cum laude eximia, & ſumma ratione ſalutis popularis perfungitur.
Suæ uitæ ornamẽtis plurimũ ſplendoris ac dignitatis addit muneri pontificio, per ſe licet ampliſſimo.
Epiſcopus multis modis magnus ac ſuſpiciendus.
Præſul Reipub. Chriſtianę ſupra q̃ dici queat ſalutaris,
Epiſcopus nulla re non maximus
Parochus æternæ hominum memoriæ commendandus
Gregem Chriſti ſuæ curæ creditum ſedulò tuetur, alit, fouet, paſcit.
Epiſcopum agit omni ex parte integerrimum.
Sua uigilantia firmatur eccleſia, & quæ ægerrime laborare cœperat, iam nũc mẽbratim conualeſcit.
Auxilium expoſtulauit eccleſia, quod rex ſuus iam perſentiſcit.
Tu procul abhorres à protomyſtarum noſtri temporis moribus
Tu canum & auium oblectamenta aſpernaris.
Tu morionum ſcortorũq; & lenonum greges fouere nihil curas.
Non eſt addictus ſtudijs improbis, ſacris ordinibus minimè conuenientibus.
In te ſummæ cuiuſdam maieſtatis decus conſpicitur.
Tuis partib⁹ elegãtiſſimè fungeris, dum ſubditos æmulatione tuarũ uirtutum ad ſtudia rei diuinę cohortaris.
Tu ſacerdotiũ ſuſcepiſti, ut tuis ſanctiſſimis prædicationibus uitia gregis tui reprimeres, & uirtutem inſeminares.
Non quęſiuiſti in adipiſcendo hoc ſacerdotio quantum cõportati nummi inde referres, ſed quantum ſubditis eſſes profuturus.
Tu in exercendis paſtoralib⁹ ſarcinis animarum ſalutem & gregis inſtructionem ſolertiſſime obſeruas
Pertinaci indulgentia & ſcrupuloſa cura ſuperorũ cultui excubas.

Tam



Tam ſancta, tãq; ſalubris eſt tua uita, & uſq; eo integra, ut tuarum uirtutum exẽpla toto gregi imitanda clariſſimè clareant
Tuorum ſubditorum animis uirtutes inſeris, uitia prorſum extinguis & eliminas.
A te paſtore uigilãtiſſimo cœptus eſt populus mitiſſime & perhumaniter regi
Dignoſceris certiſſima noſtræ diocœſios ſalus
Penes te ſuperorum & mortalium conſenſus regimẽ Cãpani ſoli certiſſimè eſſe uoluit
Tua cœleſti prouidentia uirtutes benigniſſimè fouentur, & uitia ſeueriſſimè uindicantur.

*Ex ignobili factus eſt ſua uirtute nobilis.*

Eſt nouus homo
Nouum agit hominem
Hunc quaſi ex gregario milite ſua uirtus ad dignitatẽ prouexit
Eſt homo per ſe cognitus.
Quam ſua uirtute peperit nobilitatem
Nulla ſuorũ maiorũ cõmendatione ad ſummã dignitatẽ per oẽs honorũ gradus ſua uirtus eum extulit.
Nullo nataliũ ſplẽdore, ſed ſola uirtutis opinione eum ad tot honores euexit fortuna.
Hic ſuis maioribus uirtute præluxit
Hic ſuæ poſteritati nobilitatis initium peperit
Ab eo ſui generis nobilitas incepit.
Eſt claritudinis ſuorum natalium origo

*Bene ualet.*

Quàm rectiſſime ualet.
Eſt bona & incolumi ualetudine præditus
Valet belliſſime
Perbelle ualet
Ei ſuppetit ualetudo pro ſua uoluntate
Valet baſilice, athletice, pancratice.
Sanus eſt & incolumis
Eſt donatus ſalubri ualetudine
Aëris temperies ſaluberrima ualetudine eum afficit.
A quouis morbo liber eſt, immunis, alienus.
Fœliciter ualet
Rectè habet
Eſt uiridi & uegeta ualetudine.
Proſpere ualet, & perq̃ fauſte.
Proſperrima ualetudine fruitur.
A quouis morbo eum incolumem præſeruat aëris clementia.
Inoffenſa uiuit ualetudine.

Salu-

Salubritatem corporis adhuc retinet
Eum commodiſſima ualetudo tenet
Facies ſua loquitur eum perbelle ualere
Totus ualet, tum corpore, tũ animo
Corpus ſuum belle habet.
Nulla parte laborat
Corpus ei ualet
Proſpera ualetudine adhuc utitur
Eſt bona ualetudine, fauſta, incolumi, fœlici, proſpera, ſecunda, integra, baſilica, pancratica, athletica.
Pulchrè ualet.

*Male ualet.*

Vtcunq; ualet.
Non optimè ualet
Sic ualet, ut antè hac peius nunquam
Valet ut ſolent, quibus cum medicis res eſt.
Valet ſecus q̃ uelit.
Eſt ualetudine haud ſanè commoda, incommoda, perquã incommoda, infœlici, parũ proſpera, parum ſecunda, mala, aduerſa, infauſta, imbecilla, dubia, mediocri, longè alia q̃ uellet.
Eſt ea ualetudine, qualem hoſtibus noſtris optamus.
Res ſua malè habet.
Malè ſe habet.
Morbo graui laborat.
Laborat è febri
Oborta eſt febricula quę eum malè habet
Vexatur quartana febri
Aduerſa ualetudine tenetur.
Aegra ualetudine premitur.
Morbo cruciatur
Peſſimè ualet

*Dignus longa uita.*

Dignus eſt, qui q̃ diutiſſime uiuat.
Dignus, ut q̃ diutiſſima agat in terris Chriſtophorus Balliſta.
Longiſſima uita dignus
Dignus qui annos Neſtoris uincat.
Dignus cui perpetuos annos concedant ſuperi
Promeritus eſt, ut immortalitas ei decernatur.
Dignus eſt qui annis ſuis triſeclem Neſtora uincat.
Dignus q ſit cornice uiuacior
Dignus qui ſit ad multos annos fœlix
Dignus qui indies euadat fortunacior
Dignus cui perpetui decernãtur honores.
Dignus qui Parcarum ſęuitiã non ſentiat
Dignus qui fato ſit ſuperior.
Meretur æternitatem
Promeritus eſt, ut nunq̃ conſeneſcat, neq; emoriatur.

Sanus



*Sanus.*

Melius ſe habet
Vires recuperauit
Eſt ſua ualetudine cõfirmatꝰ.
Reualuit à morbo.
Conualuit à febri
Se mihi ſoſpitem obtulit.
Suã ualetudinẽ confirmauit.
Eſt firmiori ualetudine q̃ antehac.
Eſt à graui ualetudine firmiſſimus
Eſt omni morbo liberatus
Priſtinam ſalubritatem recuperauit
Eſt redditus ſaluti
Nunc uegeto ſolidoq; corporis robore præſtat.
Eſt ſuo morbo leuatus.
Deſijt ægrotare.
Eſt priſtinæ ſaluti reſtitutus.
Ereptus à morbo
Morbo ſolutus.
E medijs faucibus mortis euaſit, emerſit, enatauit.
Saluti redditus eſt
Ex morbo iam conualuit.
Priſtinæ incolumitati eſt redditus
Priſtinã recuperauit ſalutem
Reſtitutus eſt priſtinę ualetudini, & eidem incolumi.
Eſt priſtina ſalubritate donatus.
Belliſſime ualet, floret, ac triumphat apud ſuos.
Si tu rectè uales ut cupio, eſt quod uehementer gaudeã.
Te fœliciſſime ualere cupio.
Te diu incolumem ſeruet immortalis Ieſus
Mihi pro mea uoluntate ualetudo ſuppetit.
Eſt ſibi abunde reſtitutus.
De reddita quiete dici non poteſt, quàm tibi gratuler.
Incolumem te eſſe lætor.
Pariſios incolumis appuli.
Nos gratia ſuperis mediocrĩ ualetudine affecti huc uenĩmus.
Febris aufugit in malã rem, ſtomachus ualet.

*Grauiter ægrotat.*

Aegra ualetudine oppreſſus decumbit
Aduerſa ualetudine detinet.
Aegritudinis caſus eum lecto affixit
Suum corpus morbido frigore pertentatum indoleſcit.
Eſt rabida febri afflictatus.
Imbecillitate ualetudinis occupatus
Difficili morbo offenſa eſt ſua ualetudo.
Nondum eſt à graui ualetudĩne ſecurus
Eſt morbo graui æger.
Aeſtu febrili iactatur
Graui uehementiq; morbo afflictatur
Morbus ſuus in dies uehementius ingraueſcit.

Suã

Sui uultus ſerenitas ægritudi ne obnubilatur
Trepidat ſibi pectus & ægris faucib9 exudat grauis halitus.
Surgit tibi lutea pellis.
Multo dolore cruciatur
Tactũ hoĩm indoleſcit tanta eſt ſui morbi uiolentia.
Tactum hominum uelut uulnera pro morbi grauitate indoleſcit

*Vulneratus.*

Graui uulnere ſaucius
Graue uulnus accepit
Multis fuit uulnerib9 obrut9.
Letaliter uulneratus
Letali uulnere pene affectus.
Saucius multifariã factus eſt.
Multa illi facta ſunt uulnera.
Vulneribus defatigatus ſpirans erat adeò, ut deflueret ſanguis.
Ad cruorem ſaucius
Plagifer totus
Hiulcum uulnus accepit
Varijs conſauciatus modis.

*Prouidens.*

Eſt Prometheus alter
Prouidẽtia ſingulari præditus
Prouidentia nulli ſecundus
Summa prouidentia perquam inſignis
In hoc hoĩe prouidentiæ æqualitas cum prudentia certat.
Nihil eo prouidum magis
Nunquam incautus futuri.
Futurorum neq; incautus neque ignarus
Egregiè ſibi ſuiſq; rebus prouidet & conſulit
Nihil eſt quod in ſua prouidẽtia deſideres
Sic ſibi prouidet ac conſulit, ut futura incautũ eum nunquam opprimant
Sic ꝓuidus eſt, ut futuri ſemper præſcius fuiſſe uideatur.
Nemo hoc hoĩe altiori prouidentia præditus.

*Laudat eum.*

Magnificè eum commendat.
Magnificis laudibus afficit.
Incredibili laude proſequit̃.
Multis laudum titulis cœlotenus effert & extollit.
Suis laudibus in cœlũ euehit.
Maximis laudibus extollit, cupit efferre ac extollere.
Tantũ abeſt ut hoĩem dãnet, ut ſumma proſequat̃ laude.
Inſigni laude effert, & ſemper cenſuit efferendum
Inſigniter eum probat, laudat ac commendat
Non potuit hominem nõ uehementer laudare
Multijugis laudibus cumulat.
Eum ſua uirtus laudibus fert in cœlum
Mactat honoribus & laudatione ingenti cumulat
Laudibus innumeris hominẽ ſuper



ſupra aſtra ferebat.
Laudes in eum aceruatim effundit
Suas laudes encomijs celebrat.
Eſt ſuarum laudum tibicen.
Eſt ſuus encomiaſtes.

*Laudandus.*

Nullo laudum genere non afficiendus
Dignis celebrandus encomijs
Non eſt illi debita laus præripienda
Sua laus neq; intercidet unq̃, neq; intermorietur.
Excelſo loco ſitæ ſunt ſuæ laudes, quæ aliud tempus requirunt, ut cõmodius prædicentur.
Præclara multa, & omni laude cumulatiſſima in eo circunſpiciuntur.
Eſt uir ſine præfatione publici honoris nunquam nominandus.
Eſt uir, cuius laudes plerique oẽs admirabũdi extollunt.
Neminẽ conuenio (conuenio aũt plurimos) quin omnes eum maximis laudibus in cœlum efferant.
Nemo extat, quin grata oratione ſuas laudes cupiat celebrare.
Suæ laudes ſunt dignis encomijs celebrandæ.
Eſt publico præcone dignus.
Dignus eſt publicis præconijs.
Publicis præconijs celebrandus
Dignus cuius laudes doctiſſimi quiq; prædicent, decantent, buccinentur.
Publicæ famæ præconio dignus
Vir laude omni ſuperior
Dignus eſt, quem omni laudum genere proſequantur omnes.
Dignus cui effuſiſſime tribuãtur laudes
Dignus cuius encomia decantent omnes
Publicis encomijs prædicandæ ſunt ſuæ uirtutes
Dignus qui eximia laude ornetur
Ampliſſimis laudibus eſt honeſtandus.
Dignus, quem humaniſſimus quiſq; laudibus honeſtare cupiat.
Inter illuſtriſſimorum hominũ laudes ornatiſſimus locus ſuæ gloriæ relictus eſt.
Omnes de eo honorifice loquuntur.
Perfectæ laudis ampliſſimum teſtimoniũ ei reddunt oẽs.
Suarum uirtutũ merito unice laudandus eſt.
Promeritus eſt qui magnis encomijs ornetur

Eſt pclaris encomijs ornãdus.
Eum certatim laudant omnes
Multi tum denique probi creduntur, cùm eum maximè laudauerint.
In eum laus omnis congerit.
In eum laudem congerunt & coaceruant omnes
Eo uno laus oĩs inferior eſt.
Haud aliter laudari poteſt, niſi ut omnem illi laudẽ imparem eſſe fateamur.
Homo eſt cœlitus demiſſus, q nulla niſi cœleſti, & pluſquam humana laude eſt celebrandus.
Hunc hominẽ dubium eſt, morúmne & probitatis cãdoriſq; & ſuauitatis, an ingenij magis laude admiremur.

*Famatus.*

Famæ celebritate conſpicuus
Famæ incorruptæ
Famæ ſuæ nitore clarus
Nobilior eſt ſua fama, quàm ut unq̃ intercidere aut emori debeat.
Famæ celebritate etiam abſentibus cognitus
Vir eſt famę haud incelebris.
Eſt nominis famigeratiſſimi.
Illæſæ adhuc famæ
Vir famæ celebratiſſimæ
Inter bene famatos famigeratus.
Famigeratiſſimum nomen ſibi quæritauit.
Fama eum uindicat à fortunę iniuria, nec patitur diu deliteſcere.
Super oĩa mores ſic integri ſunt, & fama ſic illibata, ut nemo ſit tam impudens ſycophanta, quem nõ pudedeat malè loqui de te.

*Laudatus fuit.*

Mira & incredibili laude fuit affectus.
Inſignem laudem eſt adeptus.
Laudem non uulgarem conſecutus eſt.
Inſignem multorum iudicio gloriam reportauit.
Immortalem laudem ſibi peperit.
Magnum decus, etiã quod ferro petendũ fuiſſet, retulit.
Egregiã laudẽ indeptus eſt.
Summa laude fuit honeſtat9.

*Laudabitur.*

Suis monimentis immortalitatem apud poſteros ſibi parauit.
Extruxit monimentum ære perennius
Reliquit quo ſe uixiſſe teſtetur
Reliquit perpetuum ſuæ gloriæ monimentum
Suis prȩclaris operibus poſteritatem ſibi deuinxit
Immortalitatem nominis ſibi



bi conciliauit.
Reliquit poſteris admirationem ſui nominis
Nomen ęternum ſibi peperit.
Multa relinquet argumenta, quibus uixiſſe probat, prę ter ætatem.
Memoriam ſui nominis à ſitu & puluere uindicauit

*Amicus.*

Mihi factus longè charior, q̃ antè fueras, ex deguſtatis ingenij monimentis, & ob incredibilẽ morũ comitatẽ
Mihi cum homine perpetua fuit neceſſitudo.
Tecum mihi intercedit neceſſitudo
Ad amicitiam planè factus uideris
Tuis poſſeſſionibus accedo amicus neutiquam fucatus.
Vir eſt mihi unicè charus.
Effuſiſſime à me diligitur.
Eſt mihi mea uita charior.
Luce magis dilectus
In meam amicitiam abundè incidit
Me ſibi benignitate non uulgari deuinxit
Eſt mihi benignitate haud uulgari deuinctus
Meæ amicitiæ palmam tenet.
Eſt mihi proprijs oculis charior.
Eſt mihi magna neceſſitudine coniunctus.
Amor meus eſt in eum ſingularis.
Eum ſumma beneuolentia complector.
Sua conſuetudine teneor.
Eſt animæ meę plusq̃ dimidiũ
Arctiſſimo amicitiæ uinculo mihi innexus eſt, coniunctus, copulatus.
Tenaci quodam amicitię glutino mihi eſt copulatus.
Eſt irrupta amicitiæ copula mihi coniunctus
Magna inter nos neceſſitudo incidit
Eſt mihi (ut opinor) indiuiduus.
Eſt amicorum meorum candidiſſimus
Eſt amicus coniunctiſſimus.
Eſt mihi amicus pluſquam Pyladæus
Amore indiſſolubili coniungimur
Eſt mihi cum homine amicitia haud uulgaris
Vix dici queat quanto amore eum proſequor.

*Formulæ amicitiæ.*

Adſcribi, adſciſci, arrogari, numero tuorũ amicorũ uelim.
Eſſe in albo
Inter ordines amicorum uellem referri.
Annumerari uellem gregi eorum, quos effuſe diligis.
Memineris te amiculo com-

mendaciſſimo uti.
Te mihi doctrinæ cuiuſdã ſingularis admiratio conciliauit
Amicus eſt multo omnium ſuauiſſimus.
Cùm morbo grauarer, pecunia egerẽ, aut alio quis malo præmerer, amicum egit.
Semel hoc tibi perſuadeas uelim, tuo in me animo tã propenſo, tã candido, tã modeſto, tam ardenti, tam amico nihil eſſe neq; charius quicquam, neq; iucundius.
Crede me tibi ſic planè eſſe affectum, ut tam dulce tui in me amoris bonũ nolim uel cum uniuerſis Arabum opibus commutare.
Non eum ex albo amicorum meorum expungam
Ab amici officio abſens non recidiſti.
Ego nõ inhumaniſſimus modò ſim, uerum etiam ingratiſſimus, ſi patiar te expungi catalogo amicorum.
Sentio te mihi ex animo amicum
Tua ſanctitas me habebit amiculum minimè fucatum
Tibi notũ, charumq; eſſe, præcipuam quandam fœlicitatis partem eſſe duco.
Verbis conſequi nequeam, q̃ mihi gratus ſit tuus in me tam propenſus animus.
Inueni apũ te ſummã gratiã.
Animo meo charus es, & me arbitror nõ prorſus inuiſũ.

*Sumus ueri amici.*

Nõn eſt fucata, quæ nos coniungit amicitia
In noſtra amicitia nihil eſt fuci, nihil præſtigiarum.
Puto amicitiam noſtram nõ à cœlo conſtare, ut in ſurdis brutisq; rebus.
Amicitia noſtra non refertur accepta merito cœli
Amicitiam noſtram conciliarunt mores incorrupti, & uera iudicia.
Solidiſſimo glutino amicitia noſtra ferruminatur
Non nos ſyderũ defluuia coniunxerunt, ſed quę honeſtatis cauſa paratur amicitia.
Amor qui nos inuicem innexuit, & Herculeo (ut dici ſolet) nodo copulauit, indiſſolubilis à me hactenus exiſtimatus eſt.
In amore non ita languemus ut debeamus, ueluti quibuſdam habenis retineri.
Hoſpitum iniunximus familiaritatem.
Tecum (cui ampliſſimæ quidẽ fortunæ, ſed ampliores ingenij uires) affinitatẽ contraxi.
Amicitiam maioribus officijs,



cijs, his modicis principijs orram, locupletiorẽ in dies facere par eſt.
Talia iecimus amicitię fundamenta, ut ea nulla unq̃ temporũ iniuria poſſit abolere
Aſciui te amicum mihi.
Tibi mecum interceſſit amicitia.
Nullam amoris inter nos iacturam factum iri putes
Tecum nõ temporariam, ſed perpetuam amicitiã ſtatui.
Vellem per aliquod meritum mihi uiã munires ad tuam amicitiam

*Semper erimus amici.*

Amicitiæ noſtræ uigor nullo tẽporis ſpacio excutietur.
Nulla locorum intercapedine conuelletur amicitia
Silentio officiorum non polluetur amicitia
Nulla negligentiæ rubigine decolorabitur amicitia
Præſtigiæ nullæ noſtris amicitijs inſunt.
Nulla ſunt noſtræ amicitiæ oſtentamenta
Perpetuus erit noſtræ amicitiæ candor
Non ſumus ex eorũ numero amicorum, qui uelut hirundines æſtate ſecundis rebus aſſunt, in aduerſis uerò, quẽ admodũ illæ ingruẽte hyeme, auolant.
Firmiſſimo amicitiæ præſidio ſumus præcincti
Nunq̃ cõſeneſcet mutuus ille amor, qui nos coniungit.
Nunq̃ obliterabitur amicitia.
Obliuia nulla ſentiet
Is dies ſolus amicitiã noſtrã excutiet, qui uitam.
Noſtris è pectorib⁹ non prius elabetur amicitia q̃ anima.
Præter unam mortem, nullus omnino caſus amicitiã noſtram obliterabit.
Tenacior eſt firmiór que noſtra amicitia, quàm ut uiuis nobis in obliuionem uenire poſſit.
Præter unam mortẽ nulla res amicitiam noſtrã delebit
Dum ſpiritus his oculis, his manibus imperabit, altiſſimis radicibus noſtra amicitia hærebit.
Noſtra amicitia radices egit altius, quàm ut unq̃ euelli poſſit.
Quamdiu ſupererit in nobis halitus, nõ quibit amicitia noſtra diſſolui.
Dum in uiuis agemus, uiuet noſtra amicitia.
Is dies uitæ finis erit, qui obliuionis amicitiæ initium.
Idem caſus has animas, amicitiamq; noſtram ex animo reuellet.
Donec ſuperſtites eſſe nos ſinent

nent ſuperi, integra mane- bit amicitia.

Dum quicquam uitalis calo- ris in noſtris palpitabit pe ctoribus, mutuus hic amor non euaneſcet.

Non futura eſt nobis uita diu turnior, q̃ amicitia.

Non erit breuior amicitia, q̃ ipſa uita.

Non minus durabilis erit hęc noſtra amicitia, q̃ hęc ipſa uita.

*Ero tibi ſemper amicus.*

Me tibi eripiet is dies, q amicitiam in te meã adimet.

Ipſe mihi ſubducar prius, q̃ te amare deſtitero.

Haud longior erit mihi lucis huius functio, q̃ tua benig- nitas.

Nõ mihi poſteriꝰ ſup petet uiuere, q̃ te amare.

Extra me citius fuero, q̃ amor tui intra hoc pectus eſſe de ſinet.

Vita hęc tuiq; amor, pari ſtu- dio ad metam decurrent.

Non extabit hoc caput, ubi tam ſingularis meus in te amor diſperibit.

Donec ſuper terram acturus ſum, nõ committã, ut obſo leſcat apud me amor tui tã eximius.

Mors una meũ in te amorem noſtris è ꝑcordijs emouebit

Donec ulla uitæ portio his in artubus reſidebit, tu à meo amore nunquam aberis.

Quamdiu ſanguinis ulla pars hoc in corpuſculo calebit: nunquam apud me refrixe rit tui amor.

Mihi quidẽ dum uita aderit, meus in te amor nunq̃ ab animo meo eſt abfuturus.

Quouſq; manebit huius ani- mi corpuſculiq; copula, tu à meo amore nullo tempo re ſeiungêris

Spiritus ipſe prius ex huius corpuſculi domicilio demi grabit, q̃ animo meo im- preſſus tui amor deleatur.

Eadem erit & uiuendi, & te amandi meta.

Non arctioribꝰ pomerijs me- us in te amor claudetur, q̃ ipſa uita.

Quoad nulla uena mihi uitali tẽpore ſaliet, dulce mihi fu erit te amare.

Quantum mea Lacheſis fata- le ſtamen extendet, tantũ i- dem extendetur & meus in te amor.

Eadem mihi & uiuendi, & te amandi menſura fuerit.

Quoad corporis molem fla- tus uiuificꝰ ſuſtinebit, ero tui amantiſſimus.

Dũ lucis uſum cœlitũ indulgẽ tia cõcedet, te ſemꝑ amabo.

Dum



Dum uitam permittant ſupe- ri, nõ committemus ut mei in te amoris unquam obre pat obliuio

Donec me nõ deficiet anima, fuero tui nominis ſtudio- ſiſſimus.

Quoad uſq; ſole uolubili fas erit frui, me habebis tui a- mantiſſimum.

Viuum me nõ uidebit, qui ui- debit tui non amantem.

Quantopere uita mihi dura- tura eſt, anima quidem hęc manebit tui amantiſſima.

Noĩs antè mei, q̃ tam rari ami ci uentura ſunt obliuia.

Viuenti quidẽ mihi haud unq̃ excidet tui amor.

Nulla ęui diuturnitas tui apd̃ me amicitiam obliterabit.

Non niſi mecum tui amor ex tinguetur

Ante fatalem diem è meo ani mo non eliminaberis.

Ante obitum non deſiſtam te amare.

Ante ſuprema funera nõ ceſſa bo eſſe tui ſtudioſus.

Non ante exacta uitæ ſtami- na te queam non amare

Viuo quidem mihi tuus amor haud unq̃ effluet

Meum in te amorẽ nulla un- quam ætas antiquabit.

Ante ſummũ diem non abro- gabitur meus in te amor.

Per omnẽ uitam ero tui amã- tiſſimus

Nulla neq; locorum, neq; tem porum iniuria efficiet quo minus ſim tui ſtudioſus in uita.

Per omnem uitam tibi amo- ris glutino adhærebo

Meo ſenſu carebo, priuſquam coniunctiſſimi hominis ca riturus ſim amicitia.

A meis ipſe membris antè di- ſtrahar, quàm tu ab amore meo diuellaris.

Mors mihi citius acciderit, q̃ odiũ tam dilecti hominis

Certum eſt mortem oppetere potius, q̃ amorem tui non iugiter obtinere.

Tui quidẽ aut mecũ, aut nun- quam eſt interiturus amor

Donec apud ſuperos agitabi- mus, nunq̃ mihi inceſſet o- dium tam chari amiculi.

Nihil tam arduũ hæc uita mi- hi gignere queat, ut tui a- morem ex his præcordijs poſſit extundere.

Nulla res tam atrox mihi poſ ſit in hac exoriri uita, quæ odium tui mihi conciliet.

Sic in me radices egit amor tui, ut nullis omnino caſi- bus, qui quidem uiuis ſole- ant accidere, ſit unq̃ ceſſa- turus.

Iis nimirũ monimentis amo-

C 4 ri

ri meo conſecratus es, ut ea nullum æui ſpacium ualeat demoliri, niſi forte mors, cui nihil rerum nortalium non cedit.

Niſi ipſe mortalis eſſem, non dubitarē hūc de te amorem immortalē fore polliceri.

Si immortalis eſſem, immortalis itidem foret tui apud me amor.

Eiuſmodi ſtatuā in animi mei penetralibus tuus amor erexit, ut ea, quoad me tellus ſuſtinebit, nullo caſu ſit diruenda.

His titulis inſcriptus es cordi meo, ut eos nulla temporis iniuria poſſit unq̃ exedere.

Non niſi una cum ætate amor tui in me conſeneſcet

Ipſe mihi prius excutiar, q̃ tui amor ex adytis cordis exigatur.

Id unum & cōfirmo & pręſtabo, donec in mortalium numero futurus ſum, amor tui apd̄ me ſingularis, è ſcrinio meę mētis nunq̃ dimouebit̃

Vt omnia tempus poſſit, certè hoc unū illi licebit nunq̃, ut uiuo mihi tui odiū pariat.

Donec me tellus alet, unum illud nunquam quibo dediſcere, uidelicet tam rarū ſodalem odiſſe.

Donec futurus ſum ἐπιχθόνιος (ut Homerico dicam uerbo) amorē tui ſemper obtinebo.

Amorē in te meum perputuō pariter cum ipſo uitæ progreſſu producam

Superſtiti mihi ſublimitatis tuæ amorem nullus unquā dies expunxerit

Corpore quidem abs te diſtrahi potero, uerùm animo te ſemper intuebor.

Quoad uitam numina largientur

Donec aura uitalis hos artus moderabit̃, tu à meo amore nullo momento es abfuturus.

Vſqueadeo penit⁹ his precor dijs meus in te amor eſt impreſſus, ut nullo unquam pacto uideatur eradendus.

Vt oīa tp̄e emarceſcāt, tui certè amor ad occaſum uſq; uitæ apud me uigebit.

Arctiori amore te cōplector, q̃ ut uiuo mihi elabi poſſis.

Eadem me lux exanimem uidebit, quæ tui cōſpiciet immemorem.

Adeò uiuam quandam amoris imaginē pectori inſculpſiſti meo, ut uix ea mors ipſa ſit abolitura.

Non ero amore tuo uiuacior

Tam uiuax erit tui apud me amor, ut ipſe non ſim futu-





rus uiuacior.

Nunquam intercidet apud me tui amor, donec ipſe nō intercidero.

Sēper experieris me tui amantem, donec uitæ particeps ero.

Expers huius uitæ fuero, priusq̃ ab amore tui alienus.

Adeò uiuax eſt meus in te amor, ut ipſe illi non ſim futurus ſuperſtes.

Altius meo amori inſediſti, q̃ ut ulla te res inde queat emoliri.

Meus in te amor cordi meo tenacius inhęret, quàm ut præter mortis caſum quicquā aliud eū queat eijcere.

Penitius hoc in pectore conditus eſt amor tui, quàm ut hinc ulla ratione ſit excludendus, donec mihi uitam fata non inuidebūt.

Interius inſitus es amori noſtro, quàm ut inde incolumi quidem queas extirpari.

Fixius impreſſum eſt cordi meo ſimulachrū tui amoris quàm ut ſuperſtiti poſſit unquam extrahi.

Amor tui cogitationi meę penitius impreſſus eſt, q̃ ut eū ſit ulla ætas abrogatura.

Dum uita ſuppeditabit, nihil extiterit quod fixum animo meo amorem tui poſſit abolere.

Donec aura ueſcar ætherea, ſubinde tui fuero perſtudioſus.

Fieri nunq̃ poterit, ut uel uiuam parum tui ſtudioſus.

Donec apud ſuperos commorabor, ne tota quidē Lethes aqua animum in te meū poterit labefactare.

Vitam modò Deus impartiat ego tibi animum perpetuō tui amantiſſimū polliceor.

Si quis mihi uita functo ſenſus erit, tam dulci amiculo utar, tantum abeſt, ut uiuus ſim eum oſurus.

Omnia mihi citius acciderint in uita, quàm odium tui.

Tum ſurſum uerſus recurrent amnes (ut Græcis eſt in prouerbio) cùm potero te odiſſe.

Ante leues alto paſcentur in æthere cerui, q̃ me uiuum capiat odium tui.

Iis coloribus in tabula pectoris noſtri depicta eſt merite amoris imago, ut eā nulla annorum ſeries poſſit eluere.

Ne ſupremus quidē uitæ dies me tui oſorem deprehēdet.

Soſpite uita non me fugiet amor tui.

Salua uita hac non demorietur apud me amor.

Quoad hæc mihi uita comes
erit, comitabitur & iucun-
diſſimus amor tui.
Non auolabit à me amor tui,
niſi auolante uita.
Ad ſupremum uſq; uiuendi li-
mitem meus in te amor p-
ſeuerabit
In retinendo tui amore nõ fu
ero mihi diſſimilis, niſi ui-
uus eſſe deſiero.
Donec hoc uitæ munus diui-
na benignitas mihi ſaluum
eſſe uolet, non intermorie
tur apud me tam eximius
tui amor.
Vita defungar prius, quàm te
amare ceſſabo.
Diem obiero citius, quàm te
odiſſe incipiam.
Clauis adamãtinis noſtro a-
mori infixus es, ꝙs nõ niſi
una mors ualeat abrũpere
Ad ipſos uſq; cineres pergam
te amare
Ad extremam uſq; ſenectã a-
mor tui me comitaturꝰ eſt
Per uniuerſum uitæ ſpatium
te amore proſequar
Ad extremũ uſque rogũ meus
in te amor prorogabitur.
Fatalis ille dies deniq; me tui
oſorem eſt reperturus.
Dabo operam, ut meus in te
amor ad libitinam uſq; pro
feratur.
Nunq̃ mihi quicq̃ obtinget in
uita neq; tam lętũ, neq; tam
acerbum, quod tui nominis
amorem è ſinu pectoris mei
queat depellere
Quoad hic animus in hoc cor
puſculo tenebitur illigatꝰ,
non exulabit meo animo
amor tui.
Citius futurum eſt, ut alterũ
in orbem tui amorẽ mecũ
deferã, q̃ ut hic abijciam.
Animã egero, priusq̃ te amo-
re complecti deſiero.
Si quando corpus umbrã ſuã
poterit effugere, hic ani-
mus te quibit odiſſe.
Non antequam diem uitæ no
uiſſimum clauſero, deſitu-
rus ſum te amare.
Quàm longa dabitur uita, tã
longa erit amicitia tui,
Par nobis erit amoris tui, qui
uitæ modus.
Te amauero quoad auras car
pſero uitales.
Abſit ut breuior fuerit amor,
tui, quàm uita.
Quamdiu ſuperabo, tamdiu
te amare non grauabor.
Vita orbabor, antequã amor
tui me relinquat.
Supero priuabor lumine (ut
priſcorum more loquar) ci
tius q̃ amor tui ex animo
meo deleatur.
Inextinctũ tui amorem ſem-
per tenebo.

Nulla



Nulla res odium tui mihi in-
uexerit, niſi quę me ex hac
luce euexerit.

*Gauiſus ſum.*

Magnopere lætatus ſum.
Gaudio non parũ multo affe
ctus.
Inceſſi multijugis lætitijs.
Totus in lætitiam fuſus ſum.
Prę gaudio mihi uiſus ſum de
ſipere
Geſtiebam præ gaudio
Exiliebã magnitudine gaudij
Lętitia penè deſipui
Multum lætitiæ hauſi
Inceſſit animo meo lętitia nõ
mediocris
Inuaſit aĩm meũ ingẽs lætitia
Fui gaudio ſuffuſus, perfuſus,
delibutus, delinitus, demul-
ctus, illectus.
Noua quædã lætitia mihi par
ta eſt
Nouum quoddam obortum
fuit gaudium.
Summũ mihi gaudiũ ex hoc
allatum eſt
Ineffabili gaudio hoc me per
fudit
Incredibili lætitia literæ tuæ
me delibutum reddiderũt.
Hoc ipſum ſingulari gaudio
deliniuit mentem meam.
Ex hoc nuncio ſingularis mi-
hi lætitia inuecta eſt, pro-
fecta eſt, obtigit.
Effecerunt nuncia, ut gaudio
prorſus exilirem.
Fui expletus lætitia
Nouo fui correptus gaudio
Animum meum cœpit incre-
dibilis lætitia.
Noua animo meo aſperſa eſt
lætitia
Vix erã apud me præ gaudio.
Hoc inuſitata me demulſit læ
Totꝰ lętitia exultaui. (titia.
Præ magnitudine gaudij ge-
ſtiebam
Inſueta animo ingruit lętitia
Dici uix queat, quantum mihi
lætitiæ obortum fuerit
Vix poſſum ſermone conſe-
qui, quãtum gaudij ex hoc
mihi natum ſit
Multam uim gaudij tuæ mihi
literæ ſuppeditarunt
Deus optime quantas lætitiæ
cauſas tuæ literæ mihi ſub
miniſtrarunt
Maiorẽ mihi attuliſti lætitiã,
q̃ ut explicare poſſim.
Verbis eloqui nequeã, quãtis
gaudijs tuę me onerarũt li-
Tuę literę me gaudijs (terę-
onuſtum reddiderunt.
Vnicè gauiſus ſum
Literę tuæ uberrimam lętitię
copiam effuderunt
Ingens animo meo obrepſit
lætitia
Noua gaudiorũ uis mentem
meam occupauit

Im-

Immenſa lætitia me totũ obſedit
Tu me gaudijs exaturaſti.
Hoc mihi attulit incredibile gaudium
Incredibile dictu eſt, qua læticia perfruebar, quibus gaudijs exultabam, quanta uoluptate bacchabar.
Tuæ me literæ oppidò gaudibundum effecerunt
Tuis literis oppidò quàm lętabundus ſum effectus
Schedæ quas abs te miſſas accepi, noua quadã gaudiorũ luce pectus meũ ſerenarũt.
Tuæ literæ fuerũt in cauſa, ut affatim gauderem.
Tuis literis effectum eſt, ut totus exultarem gaudio.
Vix poſſum ſermone cõſequi quantũ gaudiorũ ex tua natum ſit mihi epiſtola.
Maiorem lætitiam tuæ mihi tabellæ attulerũt, quàm ut explicare poſſim.
Vix credas quãtum aceruum lætitiæ literæ tuæ in animũ inuexerunt meum
Inſpectis tuis literis, incredibilis quidam æſtus lætitiæ pectus meum ſubijt
Nihil poſt hoĩm memoriam gratius, ſed ne tempore quidem ipſo opportunius accidere uidi, q̃ tuas literas.
Nulla res poſthac poteſt interuenire tanta, quæ mihi ægritudinem afferat, tanta oborta mihi eſt lætitia.
Acceptis tuis literis in limine pendebat ſinus.

*Liberalis*

Liberalitatis laude clarus.
Inſigniter liberalis.
Inſignis eſt ſua munificentia, non fama tantum, uerum etiam titulo & numeris.
Summa munificentia nemini non eſt grata.
Tanta eſt ſua liberalitas, ut non amicis magis, q̃ inimicis grata ſit.
Eſt largus in paludibus
Largus in miſericordia
Dat ex ipſo horreo
Vbertim & magnificè largit.
Plena manu largitur
Boues immolat
Ambabus manibus largitur.
Largo ſuæ munificentiæ imbre aſpergit omnes
Nihil eo liberalius
Nihil eo uno munificentius
Inſigni liberalitate cõſpicuus

*Delectarunt me literæ & nuncia.*

Hæc nuncia me magnopere delectarunt
Mirum in modum animum meum exhilarauerũt
Summopere recrearunt
Haud mediocrem attulerunt uoluptatem.
Voluptati fuerunt haud uulgari.
Incredibili uoluptate me perfuderunt.
Fuerunt mihi mellitiſſimæ.
Non iniucundæ fuerunt
Nõ inſuaues fuerũt tuę literę.
Delectarunt mirum in modũ tuæ me literæ
Maiorem in modum me tuæ delectarunt literæ
Tuis literis ſum magnopere delectatus
Delectatus ſum maiorẽ in modum tuis literis.
Hic nuncius animum meum uehementer exhilarauit
Hæc nuncia non mediocriter animum meum refecerunt
Hiſce nuncijs ſum nõ mediocriter animo refectus
Ex his nuncijs incredibilẽ cõcepi uoluptatem
Summum gaudium mihi adportarunt
Ex hiſce nuncijs magnã hauſimus uoluptatem
Ex hiſce literis plurimũ hauſi uoluptatis
His è nũcijs haud uulgaris mihi uolupras acceſſit
Ex his nuncijs mirificũ quoddam oblectamentũ percepi
Noua quadã delectatione fui perfuſus
Incredibili uoluptate me delibutum reddiderunt



Haud parum delectamẽti tua mihi conciliarũt nuncia
Audiendis his oppidò quàm ſum delectatus
Singulari uoluptate mentem deliniuit
Eximio quodã delectamento me affecerunt hęc nuncia.
Maxiè uoluptati mihi fuerũt
Ex his incredibilem cepi animo uoluptatem
Nimis q̃ iucunda mihi fuerũt
Hæc nũcia quicquid in animo mœroris erat, id omne ꝓtinus excuſſerunt.
Miram animo perſenſi uoluptatẽ, cũ hæc nũcia accepi.
His è nuncijs uoluptas inſolita animo inceſſit
Dictu mirum quantum uoluptatis mihi ex tuis effulſerit nuncijs.
Totum me uoluptate imbuerunt hæc nuncia.
Omneis pectoris mei ſinus uoluptate oppleuit hic nuncius.
His nuncijs nulla res unquam accidit feſtiuior
Nihil audiui unquam his literis libertius
Qua credis me affluxiſſe uoluptate cũ hauſi hæc nuncia
Cùm hæc nuncia meis aurib⁹ increbuerunt, ſtatim animus uoluptate ineffabilĩ mihi prurire cœpit

Quid

Quid ego tibi nunc referam, quæ uoluptas acceptis his nuncijs animum meum titillauit?

Animus uoluptate uelut exundabat, cùm hæ literę mihi redditæ fuerunt.

Poſtea quàm hæc nuncia accepi, animus nimirum mihi gaudio efferbuit

Literarum tuarum lepos pręcipua quadã uoluptate animum meũ remoratus eſt.

Mel merum mihi fuerũt hæc nuncia

Quicquid nunciorum abs te proficiſcitur, id mihi ſicera ac melle fluere uidetur.

Opiparis literarum tuarum epulis ſum lautiſſimè refectus

Hęc nuncia fuerunt mihi quauis ambroſia ſuauiora

Tuę literę mihi fuere uel menſis Siculis lautiores

Nulla uoluptas, nullæ ſunt deliciæ, quas cum his nuncijs conferre uelim.

Interlegendum amantiſſimas amici literas, pectus mihi gaudio ſubſaltabat,

Meræ deliciæ cordi meo ſunt quicquid nunciorum mihi abs te affertur.

Nullum ego nectar tuis ſcriptis antepoſuerim

An ego ullum mel Atticũ cum tuis amantiſſimis literis contulerim?

Saccarum non eſt ſaccarũ, ſi cum tuis literis componaſ.

Quod ſitienti uinum, hoc mihi hæc fuere nuncia.

Quod apibus cithiſus, q̃d ſalignæ frondes apibus, hoc mihi tuæ ſunt literæ.

Hęc nuncia fuerunt mihi quouis melle mellitiora

Nil niſi merum delicium tua mihi ſcripta uidentur

Non tam palato blandiuntur ullæ cupediæ, q̃ animũ meũ hæc nuncia deliniuerunt.

Nullę delicię ſuauius titillant palatum, q̃ hæc nuncia mentem mihi titillarunt.

*Indoctus ſum fateor.*

Multum abſum ab eo, ut in re literaria meritò lauder.

Nihil grande eſt in me

Si me examinaueris, nihil inuenies niſi humile, tenue, & anguſtum.

Ex tenebris inſcitię pedẽ non moui, promoui ferè nihil.

Benignè mecũ agi putarem, ſi inter ſtudioſorum ordines referri mererer.

Docti nomen mihi non eſt peculiare

Docti nomen grande aliquid habet, quod mihi non conuenit.

Eo-



Eorũ quæ ſunt in literis præcipua nihil compertũ habeo

Veras diſciplinas per tranſennam uidi

Vt canis è Nilo pitiſſaui

Si quid eſt in me ingenij, ſatis planè ſentio q̃ ſit exiguum.

Si qua in me exercitatio dicẽdi, ſatis ſcio, me uulgariter in ea eſſe uerſatum.

*Indoctus.*

Eſt literarum neſcius, ignarus, expers, inſcius, exors.

Eſt bonarum artium rudis.

Nihil in eo eſt eruditionis

Eſt bonarum diſciplinarũ imperitus

Malè inauguratus literis.

Illiteratus, indoctus.

Nihil bonarum literarũ attigit.

Nihil ſcientiæ habet

Literator, & malè doctus.

Literædus

Semitarius literator

Semidoctulus blattero

Nulla, aut humili arte præditus eſt

Eſt Latialis eloquentiæ penitus expers.

Neque natare nouit, neq; literas.

Eloquij Latini inops

Eſt rudis literarum

Nondum eſt bonæ literaturæ ſacris initiatus

Ex puluere inſciẽtię pedẽ nõdum mouit.

Ex imperitiæ tenebris nondũ pedem excuſſit

Nondum ſoluit inſcitiæ uincula.

Melioris literaturæ rudis eſt, inops, ieiunus.

Prima tyrocinij literarij rudimenta uix depoſuit.

Grammaticæ rudimenta prima illiberaliter ſuxit

Nondum ultra primas literas eſt progreſſus

Nullius bonæ literaturæ eſt particeps

Eſt ἄμουσος, καὶ ἀναλφάβητος.

Abecedarius, aut ſanè elementarius

Eſt à Muſis atq; Gratijs multum alienus

Eſt rudis & plebeius

Eſt quouis ſue ſtupidior

Eſt ſemitarie doctus

Ex inſcitia laborat.

Eſt ſtudijs quàm longiſſimè feriatus

Syluescẽtem cum corpore ſuo honeſtarum rerum ignorantiam nondum exuit.

Ne Aeſopum quidem triuit

Tornatim triuit

Eſt ſuus ſtylus aridus, ſine ſucco, & ſcientiarum ineptitudine anilis.

Hic ne Muſas nouit quidem, neq; nomen audiuit.

Gregarius & poſtremæ notę.

Ne

Ne tantillum quidẽ habet cũ
Pallade commercij.
Adulterina eruditione leuiter
illitus
Eſt planè impolitus, & litera
rum ueſtibulũ uix dum in-
greſſus.
Melioribus literis leuiter im-
butus
Præter illiteratas literas, &
frigidas quaſdam quęſtiun
las nihil didicit.
Ingenio tenui, & perq̃ exigua
doctrina præditus.
Habet ingenium uerè Batta-
uum, nulliſq; bonis diſci-
plinis excultum.

*Indoctus & malus.*

Vir eſt neq; doctus neq; ꝓbus.
Nec literis nec moribꝰ ꝓbatꝰ.
Vir eſt nõ indoctus modò, ue-
rum etiam improbus,
Vir eſt ut indoctus, ita impro
Non minus improbus, (bus.
quàm illiteratus.
Vir eſt tum indoctus, tum im
probus.
Aeque indoctꝰ atq; improbꝰ.
Pariter & indoctus, & impro-
Vir peſſimus eſt, & nihi (bus.
lo doctior.
Vir cui nihil ſit omnino bona
rum literarũ, bonorũ q̃q;
morum tantundem.

*Neque legere nouit, ne-
que intelligere.*

Non modò non intelligit, ue-
rùm ne legit quidem.
Non ſolum parum intelligit,
ſed nec legit.
Ne legere quidem nouit, tan-
tùm abeſt ut intelligat.
Tantùm abeſt ab intelligẽdo
ut ne legere quidem norit.
Adeò non intelligit, ut nec le
gat
Vſqueadeo non intelligit, ut
neſciat uel legere.
Hic in bonis literis nihil, quid
dicam intelligere? imò nec
legere poteſt.
Hic nihil in bonis literis, non
dicam intelligit, imò nec
legit quidem.

*Bonus & doctus.*

Eſt uir tũ eruditus, tũ probus.
Eſt uir tum doctus, ſimul & in
teger.
Doctus pariter & probus.
Vir tam doctus q̃ bonus
Vir doctus iuxtà ac probus
Vir non minus probus quàm
literatus
Vir eſt non inferior literis, q̃
moribus.
Vir eſt æquè probus, atq; do-
ctus.
Vir eſt ęquè literatus, atq; in-
corruptus.
Vir eſt nõ minori moꝝ pro-
bitate q̃ doctrina præditus.
Vir eſt & doctus, & integer.
Vir eſt ſimul eruditus, ſimul
integer.

Vir



Vir eſt haud ſegnius eruditus,
ac probus.
Vir eſt ut doctus, ita & probꝰ.
Vir eſt doctus, & idẽ probus.
Eſt optimus, idẽq; doctiſſimꝰ
Non tantùm eſt eruditus, ſed
& integer.
Nõ modò doctꝰ, ſed & integer
Non modò doctus, uerumeti-
am probus.
Vir optimus quoq;, non mo-
do doctiſſimus.
Vir eſt pręter ſummam erudi
tionem etiam optimus
Vir præter quàm ꝙ doctus eſt
etiam optimus
Vir eſt de quo dubites, docti-
or ne ſit, an melior.
Vir eſt, in quo cum literis pro
bitas moꝝ ex ęquo certat.
Vir eſt, qui literas ęquauit cũ
uitæ ſanctimonia.
Vir eſt cuius eruditioni reſpõ
det morum integritas
Parem uitę caſtimoniam cum
eruditione copulauit
Summæ eruditioni ſummam
modeſtiam adiunxit
Vir ſumma doctrina, uerum
morum integritate neuti-
quam ſeſe inferior.
Eſt pari, uel doctrina, uel pro-
bitate præditus.
Vir in literis egregius, neque
ſui diſſimilis in moribus.
In eo certat integritas morũ
cum ſumma eruditione.
Vir omnium & optimus, & do
ctiſſimus.
Vir eſt doctiſſimoꝝ optimus,
& optimoꝝ doctiſſimus.

*Barbarè loquitur.*

Vir eſt fece barbariei conſpur
catus
Eſt elinguis, infans, & planè
barbarus.
A linguæ Latinæ caſtimonia
abhorret
Eſt à puritate ſermonis Rho-
mani alienꝰ, & barbariſſat.
In barbariſmos incidit & ſo-
lœciſmos
Sua uerba barbariem olent,
ac reſipiunt.
Inconditè, & ſine ſale loquit̃.
Loquitur ſine cultu, delectuq;
uerborum.
Verbis utitur incultis, & à
ſplendore Rhomani elo-
quij alienis.
Agreſtis eſt & hircoſus
Incultiſſimè loquitur
Suis uerbis nihil eſt impoliti-
us, incultius, inſuauius.
Suo ſermone nihil indoctius.
Eſt muſoteros opicus, durus,
contumax, blatero.
Blaterandi optimus, dicendi
ineptiſſimus.
Veterẽ inſcitiã in ore habet.
In loquendo Goticam linguã
refert.
Nullus lepos, nulla facundia,

D nul-

nulli ſales, nullus cult⁹, nullæ ueneres, nullę gratię, nullus nitor, nulla deniq; elegãtia ſuis ineſt uerbis, ſed horridus quidam ſermo.
Horridum linguæ ſqualorem nihil dum exuit
Fece, ſituq́; barbariei ſqualliđus.
Totus barbarie ſquallet

*Non habet ingenium*

Homo infœlici ingenio natus
Habet ingenium uenę inferioris.
Habet ingenium piſtillo retuſius.
Adeò blumbeum illi eſt ingenium, uelut phitaſi
Eſt ingenio malè nato
Ei eſt ingeniũ turpiter hirtũ.
Ingenium habet incultum, impolitum, hirtoſum.
Ingeniũ ei ineſt nullis bonarũ literarũ adminiculis ſuffultũ
Eſt craſſo, rudi, agreſtiq́; ingenio natus
Homo ſubagreſti natus ingenio, & infeſtiuo.
Craſſo ſub aëre natus
Stupido ingenio
Eſt ingenio admodum hebeti, rudi, ſtupido.
Infœcundo, ſterilíq́; ingenio natus.
Bœotico ingenio natus
Obtuſo craſſoq́; ingenio.
Eſt pecus Arcadicum
Auerſo lumine ſolis natus
Laborem, ac tempora ingenij tarditate perdit.
Hebes & indocilis
Monſtruoſo prodigioſoq́; ingenio
Thebano ſub aëre natus
Natus pinguiore Minerua
Craſſius, rudius, planius ſapit ac intelligit.
Eſt quauis beta inſipidior.

*Infœliciter natus*

Infauſto ſub ſydere natus.
Quarta luna natus
Malis auibus
Inauſpicato genitus
Malis augurijs êditus
Siniſtro Hercule
Parum fœliciter natus.
Eſt dijs aduerſis natus, genioq́; ſiniſtro.
Natus ſydere non benigno.
Homo fati malignioris

*Luxurioſus.*

Eſt putris in Venerem
Solutus in luxuriam.
Libidine intemperatæ cupiditatis exardeſcit
Eum inhoneſta & pernicioſa libido tenet
Vitam degit planè muliebrẽ.
Vitã agit à mollicie muliebri perparum abhorrentem.
Effœminata mollicie, luxuriaq́; uirtutem perdit.
In luxuriam procliuis





Luxu perditam adoleſcentiã inchoauit.
Cum lacte uoluptatẽ imbibit.
Oculos habet ludibundos ille crebrę uoluptatiſq́; plenos.
Cancrũ facilius rectè ingredi doceres, quàm ad caſtitatẽ hunc reuocares.
Nõ poteſt fieri, ut à luxu perditiſſimo reuocetur, abducatur, auocetur.
Eſt fluxis ſpadonib⁹ euiratior.
A rei ueneréæ proluuio non poteſt abduci
A carnis inquinamẽto, & petulantia nunq̃ eſt alienus.
Eſt molli atq; effœminato animo.
Arthemone peripho reto effœminatior
Propenſus in molliciẽ, & prodigum luxum.
Corruptis moribus, & perdito luxu uiuit.
In tota uita uoluptarius.
Vir ſomni, uini, ſtupri deniq; plenus, madenti coma, compoſito capillo, grauib⁹ oculis, fluentibus buccis, preſſa uoce, & temulenta.
Vir eſt, quem pręteriens, ſi uel incultũ, horridũ, mœſtumq́; uideas, etiam ſi agreſtem & inhumanũ exiſtimares, tamen libidinoſum & perditũ non dubitares.
Domi foriſq́; libidinoſus, impurus, intemperans.
Putat hic ganeo, horã nullam uacuã uoluptate eſſe debere.
Omne uoluptatum genus ueſtigat, atq; odorat.
Me in cognitionem ſui adduxit unguentorũ odor, uini anhelitus, & frons calamiſtri notata ueſtigijs.
Vir eſt, cuius primum ætatis tẽpus palàm fuit ad omnes libidines diuulgatum.
Nullis concionatorum hortamentis potuit impuram intemperantiam à ſuis moribus propulſare.
Eſt cincinatus ganeo.
Impurus ſcortator
Nebulo impuriſſimus
Eſt captus grauis cupidinib⁹.
Eſt ad inertiam & uoluptates corporis peſſundatus.
Pernicioſa libidine uritur
Nunciũ remiſit uirtuti, delinitus illecebris uoluptatum.
Totus luxu defluit

*Ebrioſus.*

Bibax. Biboſus. Bibulus.
Temulentus
Vino ſomnoq́; ſepultus
Vino ſe obruit. Mero ſopitus.
Intemperie uini oppreſſus
Vini intemperatiſſimus
Mero incaleſcit
Baccheis liq̃rib⁹ immadeſcit.
Multo lyæo madefactus
Ampulla bibacior

Temulentiæ &ebrietatũ nota infamis
Cõtinuo mero corp⁹ mãcipat
Natus ad uina perdenda
Vini pernicies
Gurges helluoq́; uini.

*Superbus.*

Faſtuoſus, arrogans.
Inſolentiſſimus
Laudato pauone ſuperbior
Faſtu intumeſcit
Sibi plus adblanditur, q̃ Suffe nus ille Catullianus.
Aucta eſt illi ſuperbia
Mirus aio accreſcit tumor
Accreſcit animo inſolentia
Tollit criſtas
Exiſtimat ſe ad ſuperbiã genitum, tanta eſt illi demẽtia.
Heu dementiam ab ijs initijs exiſtimantium ad ſuperbiã ſe eſſe genitos.
Fulgore ſuæ fortunæ inſolenter gloriatur
Venditat ſe homo ineptè glorioſus
Sibi plus ſatis placet ac blanditur
Seſe miratur.
Pauonino ambitu ſeſe identidẽ circũſpectat, & admirat.
Suo ſupcilio nihil eſt elatius, nihil arrogantius, & ad elationem magis audax.
Ita ſuperbit, ita ſeſe effert, ut neglecto hominũ fœtu deorum partum ſibi arroget.
Nimis odioſe ſibi placet
Adeò inſoleſcit, ut Phaëtonte & Icaro euaſerit ſuperbior.
Effrenis, neſcio quę inſolẽtia animum ſuum ſubijt.
Arrogãs eſt uſq; adeò, ut oẽs præ ſe uno, agreſteis ignobilesq́; prædicet.
Tumore mẽtis eſt decolorat⁹.
Nitore fortunę præſentis inflatus ſuperbia
Nihil ſuo genio faſtuoſius
Effrons & arrogans.
Nimium eſt ſui admirator, ac pro ſententia, cui ſemel adhęret, etiã contra uerũ, contumax, & refractarius.
In omni ope iactantior, atq; oĩm contemptor, & q̃ minima occaſiuncula cauillator & ſine diſcrimine.

*Loquaculus, garrulus.*

Eſt impendio loquacior
Homo non loquaciſſimus, ſed ipſa loquacitas.
Eſt ipſa loquacitate loquacior
Rana, cicadaq́; garrulior.
Leuis, futilis, importunusq́; loquutor.
Nullo uerboꝝ pondere innititur.
Verbis humidis, & laſpſantibus defluit.
Sua uerba in ore naſcuntur, non in pectore.
Scatet uerbis ſine ullo iudicij negocio.
Loquens plerunq; uidetur ſeſe loqui neſcire.



Ei innata eſt uerboꝝ petulantia, & loquendi temeritas.
Stulta ei ineſt, & inanis dicendi copia.
Nunquam tacet, quẽ morbus tenet loquendi
Aere Dodonęo loquacior
Fruſto panis conduci poteſt, uti taceat, aut loquatur.
Eſt Therſites alter
Loquit ſine iudicio & modo.
Verba ſua ſunt ſtrepentiũ ſine modo graculoꝝ ſimilia.
Eſt (ut Euripedes inquit) blaterare optimus, dicere uerò ineptiſſimus.
Loquax magis, q̃ facundus.
Non eſt idoneus ad dicendũ, ſed ad tacendum impos.
Stulta & immodica deblaterat.
Sua lingua eſt prodiga, & effrenis, adeò ut ęſtuet uerborum colluuione teterrima.
Homo linguax
Loquutuleius
Homo agreſti ferocia, ore temerario, effrenato, prodigo, petulanti.
Loquax, futilis.
Fuſus per uerborum congeriem, atq; faſtum.
Homo in uerba plus nimio prouectus
Loquutuleius & blatero.
Cum dicto opus eſt Pythagoriſſat, & cum tacito opus eſt Epicuriſſat.
Quicquid in linguam uenerit eloquitur.
Quicquid uenerit in linguam hoc effutit.
Eſt ipſa turture loquacior
Vir improbę loquacitatis.
Vir, cuius loquacitas nemini non pareret ſtaſtidium.
Habet os infrene
Eſt lucinię nugis inſignitus.
Verbis ſuis intempeſtiue laſciuire ſolet
Coruus eſt Apollinis
Indigna luminibus nõ uereť effutire.
Hic moleſtis quęſtiunculis alios obturbat.
Quid in aurẽ meã inſuſurras.
Tibi eſt proprium nugas ſectari.
Iã tuę nugę cũcta oppleuerũt.
Tu portẽta uerborum loqueris.
Quid obloqueris, adlatras, & proteruiter, & maleuole hæc dicis.
Es tã temerarius & audax, ut mendacia loquaris libẽter.
Quid tãtis uerbis obſtrepis?
Susq́; deq; nugaris.

*Tenuem doctrinam, & affectatũ ſtylum oſtentat.*

Hic grammaticę rei mediocriter doctus, nugalia quędam ſcholaſtica oſtentat.

Hic cum arduis ſupercilijs, uociſq; & uultus grauitate cõpoſita, tanquam interpres ac arbiter oraculorum Sibyllæ, ſcholicis nugis conſtrepit.

Grammatico fulgore tumido ſuperbit

Iactat uerba ampulloſa, & exoleta, ſtylum ſuæ orationis abſcurantia.

Inanes gloriolas efflat

A uitio ſtudioq; oſtentationis fit loquacior

Sua oratio eſt ingẽti uerborũ faſtu ac ſono tumens.

Affectatas quaſdã uocum cupedias plenis ructat buccis.

Pondus addit ſuis nugis

Vſq; adeò inſoleſcit, ut cũ puſillũ uinctę, aut ſolutæ orationis effutiuerit, ſeſe deum arcem tenentem facit.

Hic neſcio q̃ pacto, ac inanib⁹ ampullis fucat ſermonem.

Eſt in prædicandis ſuis doctrinis uenditator.

Effert q̃ plurima ſuæ tenuiſſimæ eruditionis oſtentamẽta.

Voculis haud facilè cognitis conſtrepit, eaſdẽq; magnopere iactat.

Præ ſe uno omneis Latinę linguę principes, rudes & agreſtes eſſe prædicat.

Captionũ laqueis obgannit.

Gryphos effert, q̃s dicit neminem poſſe niſi ſe diſſoluere.

Magniloquentia ſua omneis idiotas appellat

Theorematibus tantum nugalibus conſtrepit

Puerilibus Iſagogarum commentationibus dilatrat.

Verborũ & argutiarũ fuliginẽ ob oculos audientiũ iacit.

Iactator inanis ſanctiſſimę diſciplinæ nomen ementitur.

Eſt audaculus uerborũ reprehenſor, qui perpauca, & eadem uulgò protrita, legit.

Habet neſcio quas inauditiunculas, rudeis & improbas, eaſq; quaſi puluerẽ ob oculos ſpargit, cùm quempiam adoritur.

*Dulce.*

Hoc omni ambroſia & nectare ſuauius eſt

Eſt quouis melle dulcius, mellitius, ſuauius.

Eſt mera ſuauitas

Eſt merum mel Atticum.

Hoc ſua ſuauitate ſiliquã omnem, & mel Atticũ, & ſaccarum, omne nectar ambroſiamq; ſuperat.

Quicquid dulcedine nobilitatum eſt antecellit.

*Auarus*

Eſt φιλάργυρος

Eſt auri ſitientiſſimus

Lu-



Lucris & opibus inhiat

Mira diuitiarũ fames habet hominẽ.

Illi nihil obſtat dum ne ſit ditior alter

Feruet auaritia, miſeraq; cupidine pectus

Eſt eſurientiſſimus opum

Eſt auidiſſimus lucri

Aurum immodicè ſitit

Inexplebili auri auiditate, & hydropiſi laborat

Aurum omni uoto appetit

Maciem contrahit, fraudatq; genium, ut aurum cõgerat.

Illi nullus ſatis eſt theſaurus.

Ab ipſis etiam ſtatuis exigeret farinas.

A mortuo tributũ extorq̃ret.

Aurum auidiſſimè eſurit

Retia ubiq; tendit ad numos.

Quærendæ undiq; pecuniæ ſeſe dedit.

Sacra fames auri, & illa germana ambitio ſuum animũ inuaſerunt.

Adeò cœpta eſt excreſcere ſua auri habendi cupido, ut ſuis non contenta finibus, aliena moliatur inuadere.

Auaritia ad iniuriam uſque graſſatur

Animum adiunxit ad congregandas opes ac cenſum.

Ea eſt homini auaritia, ut cũ iam alterum pedem habuerit in cymba Charontis, nõdum ſuæ cupiditati ſit præſcripturus modum.

Auri uirtus ingenitam ſui habendi rabiẽ uehemenſq; deſiderium cunctis induxit, ei tamen præter cæteros.

Ante lucana expergiſcitur diligentia, auri cupiditate inflammatus.

Ipſe minus q̃ lucinia dormit, ut aurum expugnet, ducatq; capriuum.

Immoritur lucris, & amore ſeneſcit habendi.

Numis adeò inhiat, ut ſibi nõ ſit amicus.

Nullæ illi diuitiæ ſunt ſatis.

Non Mydæ, non Crœſi, non omnis Perſarum copia, explere tartaream habẽdi ingluuiem poteſt.

*Plautus ad auaros:*

Tenaces nimirũ iſta ætas uos tulit.

Vos harpagonas, harpyas, & Tantalos uocauero.

In magnis opibus pauperes eſtis, & ſitibundi in medio Oceani gurgite. Hæc ille.

Lucri adeò eſt cupidus, ut ipſum nõ æſtus, nõ hyems, nõ ignis, non mare, non deniq; ferrum à lucro dimoueat.

Sibi plaudit, ipſe domi ſimul ac numos cõſpexit in arca. Congeſtis undiq; ſaccis indormit inhians, & tanquam

parcere ſacris cogit, aut pictis tanq̃ gaudere tabellis.
φιλαργυρία mentẽ ſuam tenet, occupat, illigat.
Suum ſtudium congerendis numis deuouit
Eſt ſtudioſior lucri q̃ par ſit.
Animũ habet ad auaritiã nimio plus inflexum.

*Accidit ut uolebam.*

Res ſucceſſit ex animi mei ſententia
Fortuna uotis meis fauit.
Si fortuna mihi nupſiſſet, nõ potuiſſet eſſe ſecundior.
Res mea, & uentis, & amne ſecundo proceſſit.
Vicit etiam uota mea fortunę fauentis afflatus.
Diceres me litaſſe Rhamnuſię, ſic ex ſentẽtia cadũt oĩa.
Plus impetraui, quàm fuiſſem auſus optare.
Ventis per oĩa ſecũdis hic curſus nobis peractus eſt
Res oĩs cecidit ut uolebam.
Cecidit negociũ ex ſententia.
Noſtra res bene & proſpere ceſſit.
Hoc ꝓpoſitũ ex ſentẽtia mihi non parum ceſſit.
Res geſta uti uolebam
Ex animi ſententia geſtũ eſt negocium
In omnibus rebus meis optatis reſpondit fortuna
Bene habuerunt noſtra negocia.

*Admiror.*

Magnopere demiror.
Non poſſum non mirari.
Cui hoc mirum nõ uideatur.
Hoc admodum demirari non deſino
Magna me tenet admiratio.
Graui teneor admiratione.
Inceſſit animo admiratio nõ mediocris
Inuaſit me ingens admiratio.
Vehementer admiror.

*Senex.*

Senio confectus
Annis obſitus
Obductus ætate.
Iam capularis
Iam inſtat capulo
Eſt ætatis prouectæ
Annis iam maturus
Eſt annis iam uergentibus in ſenium
Iam uergit in ſenectam
Alterum pedem habet in cymba Charontis
Eſt iam rarioſa uetuſtate attrit⁹.
Eſt multo iam fractus membra lobore.
Vltra uires fortẽq; iuuẽtæ inualidus.
Annoſus
Longæuus
Capulo uicinus
Ad metam ſuæ ętatis uelis remiſq; properat
Sua ætas inclinat
In ſenium eſt præceps.





Labitur in ſenium.

*Infamis.*

Varijs notis affectus
Nota infamiæ eſt inuſta ſuo nomini
Multo dedecore cõmaculatus
Multis noĩbus infamatus.
Multis modis traducit̃ reus.
Eſt graui infamia affectus
Multum infamiæ collegit
Multũ contraxit ignominiæ.
Tetrã infamię notã cõtraxit.
Nullum dedecus ſuæ infamiæ non adhæret
Nihil ad ignominiam ſuorum uitiorum non pertinet.
Turpi infamiæ macula notatus.
Acri ignominia notat⁹.
Irrogata eſt nota ſuo nomini
Dedecoris notam ſubijt
Impoſita ſunt ſuo nomini atrocia infamiæ ſtigmata.
Summa turpitudine affectus.
Paſſus eſt damnum delibatæ honeſtatis.
Prolapſus eſt in dedecus.
Infamiæ contagio ad ſuæ glorię ſuggillationem pertigit
Inſperſa eſt non minutila labes, ſed quàm maxima, & illa ineuitabilis.
Non potuit honeſtati ſuæ famę ſemper conſulere.
Contraxit notam infamiæ
Multum detritum eſt ſuo nomini
Non parũ deperijt ſuæ famæ.

*Audax.*

Effreni audacia inſignis.
Herculea audacia admirandus
Impudentis audaciæ ſatelles.
Audacia pluſquam Herculana præditus.

Cicero ad Catilinam:

Quouſq; tandẽ tua ſeſe effrenata iactabit audacia?
Quouſq; tua nos eludet temeritas?
Impudenter audax
Impudẽtiſſimę audacię nebulo.
Nimio plus audax
Audax plus ſatis.
Nimia audacia ſolutus.
Audaciæ non tolerandę

*Gloriæ cupidus.*

Humanæ laudis ſitientiſſimus
Laudis amore tumet
Mira fames auræ popularis habet hominem.
Laudis humanæ appetentiſſimus.
Famæ ieiunio præceps
Auidus appetitor famæ
Totus popularibus auris impellitur
Auram popularem uenatur, ambit, aucupatur.
Fauorem plebeum demererĩ ſtudet
Eſt laudis humanæ oppidò ſtudioſus
Vir eſt ætate & ſuapte ingenio gloriæ famelicus

Gloriæ famæ inſanus.
Nihil magis ambit, q̃ gloriã.
Eſt gloriæ popularis ardelio ſitior, helluo.
Ambitione uulgari tacitũ quę rit fauorem.
Vir gloriæ præter cęteros ap petens
Gloriæ ſtimulis excitatur.
Aſtu gloriæ percitus
Macula auiditatis glorię iam penitus inſedit, & inuetera uit in homine.
Delenda ei eſt macula cupidi tate laudis ſuſcepta.
Omne membrũ corporis uel- let offerre fortunæ, ut de cę tero uitam cum gloria age- ret.
Præ ſtudio laudis iactatura- rum damnorumq́ꝫ corporis eſt contemptor.
Singulos artus ſuos fortunæ daret prodigendos, quæſtu atq́ꝫ compendio laudis.
Sibi adoleſcentia ſuaſit, nihil eſſe in uita magnopere ex- petendum.
In proſequenda laude omnes uel corporis cruciatus, oĩa- que mortis pericula parui eſſe putanda exiſtimat.
In ſuſpicionem uenit glorio- ſæ auiditatis
Auras captare non deſinit.

*Odit.*

Me odio graui perſequitur.
Odio pluſquam Vatiniano in ſectatur
Odio capitali à me diſſidet
Hoſtili animo in me ſæuit.
Ego ſuum odium contraxi
Apud eũ fecit multũ inuidiæ, multumq́ꝫ mei noĩs odium.
Acerbiſſimũ in me odiũ con- citauit.
Agreſti odio me proſequit.
Multo in me odio eſt permo- tus.
Vita mea eſt ei odioſiſſima.
Odit me cane peius & angue.
Acri me odio proſequitur
Sum ei admodum inuiſus.
Sum adductus, uocatus, rapta tus in odium ſui.
Eſt mihi uehemẽter infenſus.

*Pulchritudinis formulæ.*

Soror eſt haud deformis.
Facie uenuſta uirgo
Virgo electæ pulchritudinis.
Lectæ uenuſtatis uirgo nobi- liſſima.
Dotib⁹ formę pue- ritiæq́ꝫ cunctis præclara.
Formæ dotibus inſignita.
Virgo inſignis ſpectabilis'que
Mulier decora facie (formę. liberali & inſigni uultu.
Virgo eleganti forma conſpi cabilis.
In ea eſt formæ pulchritudo, & corporis proceritas.
Pulchritudine conſpicua.
Eximiæ formæ & ætatis adul tæ.

For



Forma & ætate florens.
Aetatis flore, & formæ uene- ratione inter reliquas in- ſignis.
Eſt decora & egregia forma.
Virgo facili, & non incelebri uultu.
Nihil ea ipſa formoſius, uenu ſtius, pulchrius, ſpecioſius.
Virgo inſignitæ pulchritudi- nis
Multo ampliorem, auguſtio- remq́ꝫ humana forma habi tum, formãq́ꝫ eius uidiſſes.
Mira ſpecie
Pulchritudine eximia
Egregia forma, atq́ꝫ ætate in- tegra.
Elegantia formæ prædita
Exuperanti forma.

*Prauus.*

Omni ſceleris genere inqui- natus
Omnis amentiæ, omnisq́ꝫ ſce leris ſocius.
Omnium colluuione uiciorũ contaminatus
Grauiſſimis quibuſq́ꝫ crimini bus eſt obnoxius
Homo eſt ex meris dolis, te- chnis, fucisq́ꝫ cõpoſitus, cõ- futus, conflatus ad menda- cia, ad obtrectationes, ad glorias, ad ſycophãtias na- tus, factus, ſculptusq́ꝫ.
Eſt quædam lerna, ſentinaq́ꝫ
uitiorum
Nullus eſt ſuorꝫ ſcelerꝫ mod⁹.
Nulla libido ab oculis, nullũ facinus à manib⁹ unq̃ ſuis, nullum flagitiũ à toto cor- pore abfuit.
Eum ad ſcelera peperiſſe na- tura uidetur, uoluntas ex- ercuiſſe, fortuna ſeruaſſe.
Eſt doctus Syllam ſcelerum ſuperare magiſtrum.
Ipſa nequitia nequior.
Quauis peſte peſtilentior
Vir quẽ frugi hoĩes, quaſi ſedi tioſum & nequam execrant.
Malè prima pueritia imbutus eſt
Longè ſecus atq́ꝫ ſperabã, de- prauatum eſt cor illius.
Ne quidem dignus eſt, qui do ctiorum modulo [illegible]
Omnia polluit amariori uer- borum cortice
Inane terriculamentũ bonis.
Te tanq̃ fucum falſarum ima ginum exprobrabo.
Ducem ſequeris ad omne ſce- lus impudentiam
Suo cerebello nihil putidius.
Lingua nil barbarius
Ingenio nihil ſtupidius
Doctrina nihil ſpinoſius
Moribus nihil aſperius
Vita nihil fucatius
Oratione nihil uirulentius.
Pectore nihil nigrius
Te omnes, ceu malè olentem ſpiri-

ſpiritum contractis nari-
bus exufflant.
Sceleſtiorem certò ſcio uidiſ-
ſe me nunquam.
Trifurcifer quidam.
Vir uel cruce dignus.

*Punieris grauiter.*

Acerbiſſime in te animaduer-
tetur.
Acerrimis plagis multabere.
Non erit liberũ, neq; impuni-
tum tuum ſcelus
Haud impune aut libere deli- (queris.
Vindicta acri expia-
bitur tuum ſcelus.
Plagis & uerberib⁹ es durãd⁹.
Debita ultione erratum iſtud
expurgabitur.
Habebuntur in te acria ſup-
plicia
De te ſumetur acre ſuppliciũ.
Seueriſſime uindicabitur tuũ
ſcelus.
Dabis, pendes, exolues, lues,
pœnas.
Iuſta à te ſuperi exigent ſup-
plicia.
Irrogabitur tibi ſupplicium
haud quaquam leue.
Iuſta animaduerſione ſcelus
tuum uindicabitur
Debita exolues ſupplicia
Non impune id feceris
Acri ſupplicio plectêris
Inexpiabili multa damnabe- (ris.
Plagis multaberis
Crebro uerbere tuum ſcelus
expungetur.

*Timui.*

Affectus fui timore.
Formidine non mediocri ca-
ptus.
Multus mihi inceſſit timor
Raptus fui in metum
Obſtupui, ſteteruntq; comæ,
& uox faucibus hęſit.
Gelidus per dura cucurrit oſ-
ſa tremor.
Me timor arripuit
Metu ꝓpe ſum conſternatus.
Fui penè exanimatus metu.
Inuaſit me timor. Expaui.
Fui exterritus, attonitus, per-
terrefactus.
Ingenti formidine correptus.
Extimui, ſenſiq; metu riguiſſe
capillos.

*Iratus es.*

In me planè ſuccenſet, excan-
deſcit, iraſcitur, ſtomachat.
Eſt ira in me permotus
Agnoſco odium in me ſuum.
Eſt mihi uehemẽter infenſus.
Ingentes irarum motus in me
concepit
Vehementer in me iram colle
git & contraxit
Iram ſuam in me conuertit.
Eſt in iram aduerſum me pro
uolutus & effuſus.
Ira in me efferbuit
Ea res illi pectus parauit.
Stomachum mouit

Atræ



Atræ bilis uitio correptus.
Vitio atrę bilis afflictatur.
Dies aliquot mihi ſuccenſue-
rat, priuſquam offenſionis
cauſam poſſem olfacere.
Mihi perſuaderi non poteſt,
ipſum iraſci ſerio.
Sentio te ſubſtomachari, ꝙ te
inſalutato receſſerim.
Video te charitibus, & amici-
tiæ, lenitatiq; natũ, bili po-
tuiſſe efferueſcere.

*Iraſcitur citò.*

In iracundiã præceps fertur,
perinde atq; nauis ſine ul-
lis retinaculis.
Procliuior eſt in irã q̃ tigris.

*Honeſtè uiuit.*

Vitam agit perhoneſtam.
Cũ ſumma integritate, & ele-
gantia morum uitam agit.
Integrã & elegãtẽ uitã degit.
Agit uitam ſummæ cuiuſdam
dignitatis ſimilimam.
Celebriter & ſyncere degit
Integre & ſyncere agit.

*Affirmat.*

Hoc aſſerit. Affirmat.
Aſtruit Ingenue fatetur
Nihil diffitetur
Pro comperto affirmat
Libere aſſeuerat
Liberius aſtruit
Aſſeuerantius dicit
Conſpiranter cum aliis pro-
fitetur

*Aegrè fert.*

Iracundo animo patitur
Hoc indoleſcit
Hoc fert dolenter
Iniquo animo patitur
Moleſto animo tolerat
Acrius dolet
Acerrimè dolet
Hic meas laudes tam iracũdè
accepit, quàm nec conui-
tia debuerat.
Grauiter & iniquo animo pa-
titur.
Impatientius dolet.
Non poteſt nõ ferre moleſte.
Difficili animo fert.
Fert ægre.

*Flere cœpit.*

Erupit in lachrymas
Plorationem êdidit.
In lachrymas ſolutus eſt
Prorupit in fletum
In lachrymas conuerſus eſt
In fletus progreſſus eſt
Tũc lachrymis maduêre genę
Effudit lachrymas oculis
Maduerunt oculi fletu
Nõ temperauit à lacrhymis
Non abſtinuit à fletu
Non cohibuit lachrymas.

*Iuuenis mortuus eſt.*

Primo ętatis ſuę flore eſt à no
bis ſublatus.
Immatura morte præreptus.
Mors immatura eum nobis
abſtulit.

In

In primo ætatis flore eſt extinctus
Sæua manu Parcarum eſt nobis interceptus

*Pœnitet facti.*

Huius facti ſubijt me pœnitudo.
Cœpit me pigere huius facti.
In pœnitentiam uerſus ſum
Pœnitudine ductus fui
Non poſſum non multa pœnitudine duci.

*Per timorem non feci hoc.*

Metu ꝓhibitꝰ ſum hoc facere.
Obſtitit metus
Feciſſem niſi metꝰ obſtitiſſet.
Quo minus hoc fecerim, in cauſa fuit metus.

*Nimis ſenex, ut ſtudeat.*

Senior eſt, ꝙ ſtudere queat
Sua ætas eſt impar literis
Sui anni ſunt ſtudio literarũ multis modis inferiores
Anni ſui capeſſendo ſtudio pares non ſunt
Ad literas colendas eſt annis defectus.
Studiorum labori ſuccumberet ſua ætas.

*Mendax*

Ipſo mẽdacio mẽdax magis.
Parthis & Cretenſibus longè mendacior.
Suum eſt impudẽs mendaciũ.
Vir impudentiſſime mendax.
Sua uerba tantũ diſtant à uero, quantũ cygnus à coruo.
Eſt teſtis Cretenſis
Eſt teſtis Græca fide præditus
Ei ꝗ̃uis iurato teſti metuerem credere.

*Difficile eſt.*

Arduum hoc eſt cum primis operoſum
Eſt admodum difficile.
Non facile fit
Hoc opus, hic labor eſt.
Eſt inexhauſti laboris opus.
Eſt operoſum, & laboris immodici.
Hoc difficilius eſt, ꝙ Sybillæ folia colligere.
Multum eſt negocij.
Opus multo negocio conſtãs
Non habet facilitatem omnibus obuiam
Ardua molietur, quiſquis hoc audebit.
Prorſus infiniti fuerit negocij hoc explicare.
Ex Hammonis fonte petendum eſt.
Opera Sybillæ indiget
Athlante hic opus eſt
Herculanas uires hic deſideres.

*Conſuetudo eſt.*

Moris eſt. Eſt conſuetudinis.
Peruulgati moris eſt
Hoc publica conſuetudine receptum





Inoleuit cõſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit
Priſcis temporibus hoc conſuetum eſt
Tenet conſuetudo
Retentus eſt iſte mos
Eſt ſolennis conſuetudo.
Ad hæc uſq; tempora hęc conſuetudo penetrauit
Inualuit conſuetudo.

*Solet hoc facere*

Ex more hoc agit
Pro more
Patrio more
More hominum facit
Non inſolens illud agit
Pro ueteri conſuetudine
Solens ſuo more facit

*Cœpit dormire.*

Cepit eum cupido ſomni
Inuaſit eum ſopor
Oculis ſuis irrepſit ſomnus
Inceſſit ei grauis cupido ſomni.
In ſomnum conuerti cœpit.
Obrepſit ei ſomnus
Artus ſuos occupat ſomnus.

*Noluit hoc facere.*

Acerrime recuſauit
Se id facturum conſtanter negauit
Acerrimus fuit inter recuſantes
Per eum ſtetit, quo minus hoc factum fuerit.
Defuit uoluntas. Noluit.

*Rogatus ſum, ut hoc facerem.*

Rogatus hoc feci
Crebro rogatu adactus
Multis & aſſiduis precibus exoratus
Multijugis precibus motus
Permotus precibus
Quotidiano penè conuitio efflagitatus
Crebra, & fermè quotidiana efflagitatione laceſſitus
Multiplici rogatu adductus ſum, ut hoc à me fieret.

*Meretrix*

Eſt publicum ſcortum
Pudicitiam proſtrauit
Habet pudicitiã in propatulo
In olenti fornice proſtat.
Stupro paſſim cognoſcitur
Fornicatur cunctis
Venalẽ paſſim formã exhibet
Meretricio more uulgò ſe præbet.
Copiam ſui corporis omnibꝰ indiſcriminatim facit
Grandem pecuniã propudio ſui corporis emeretur.
Vulgato corpore quęſtũ facit

*Vix hoc habui.*

Aegrè hanc rem obtinui.
Hæc res ægre à me obtẽta eſt.
Haud facilè conſecutus ſum
Operoſe hoc impetraui
Vix dici queat, ꝙ moleſtè obtinuerim.

Difficulter hac re ſum potitus

*Corrupit eum, & deprauauit.*

Suarum corruptelarũ illecebris ſocium meum irretiuit.
Integellos commilitonis mei mores ſua p̄nicie corrupit.
Luxum illi ſuaſit
Socium meum uaſtauit
Socius hic meus guſtauit quibus nigra eſt cauda.
Cõgreſſus ſuus & cõuictus ſociũ meũ reddidit deteriorẽ.
Corruptela ſuorũ morũ commilitonem inquinauit atq; infecit meum.
Hunc meum compaleſtritam ſua nequitia perdidit prorſum, & labefactauit.

*Deſipiſcit, fitq́; peior.*

Indies deterior euadit
Accreſcit ſuorum ſcelerum immanitas
Suum ſcelus alijs innumeris ſceleribus cumulat, aggerit, coaceruat.
Flagitium flagitio adauget
Mandrabuli more incedit
Vitã mãdrabuli planè degit.
Vitiorũ ſordes, & animorũ labes contrahere nõ deſinit.

*Incitandi formulæ.*

Verba mouent animos
Tui ſermones pectus aliorum pulſant
Subdunt ſtimulos
Faces præferunt
Ad uirtutes extimulant
Inuitant ad ſtudia
Dediſti mihi ad literas non uulgare incitamentum
Tu mei ſtudij faces incendiſti
Vigentes ſtimulos addidiſti
Præbuiſti incentiuum
Multũ addidiſti incitamenti.
Tantum me accendiſti, quantum clamore iuuatur Eleus ſonipes.

*Iuit illuc per terram.*

Iter illuc fecit terreſtre
Terra illuc conceſſit
Itinere terreſtri illuc prouectus eſt.
Terra illuc iter quæſiuit

*Confido in te.*

Fixi in te ſpem meam
Locaui in te ſpes meas omnes
Meæ in te ſpes recumbunt
Tu es ſcopus meæ ſpei
In te uno omnes opes, ſpeſq́; meæ ſitæ ſunt
Sum tua ope fretus.
Sum tuo ſolius auxilio addictus.
Tuo innitar auxilio
Inſito tuo fauori
Tu mihi es uelut ancora quædam ſacra.
Non tuæ conſtantiæ ſapientięq; diffido.
Poſſum animo facilius cogitare, q̃ uerbis cõplecti, quãtum ſpei de te conceptum.

In



In te magna ex parte repoſui ſcopum meæ ſpei, & ſacrã, ut dicitur, ancoram fixi.
Libenter omne meum militabitur bellũ in tuę ſpem gratiæ.
In te, uelut in ſcopum certiſſimum mẽtis meę aciẽ contẽdo, tuæ Suadæ lacte nutritus, ac medulla roboratus.
In te uno ſunt ſpes omnes, opeſq́;.

*Pax erit hoc anno.*

Pax emiſſa p orbẽ ferrea belli geri cõpeſcit limina Iani.
Depoſitis genus humanũ ſibi conſulet armis.
Pro ſua uirili pacem amplectuntur principes.
Immutati principum animi, ad pacis concordiæq́; ſtudium totis incũbunt uiribꝰ.

*Ocioſus.*

Multos dies dedit ocio.
Hic ultra Endimionem indormit negligentiæ.
Ferijs perpetuis uult uitã conſumere.
Ocio & torpedine emarceſcit
In utramuis aurem dormitat ocioſus
Porrectis pedibꝰ ocioſus dormit.
Diſſidia ocioq́; inerti & languidulo ſopore torpeſcit.
Hunc iuuat in umbris latêre.
Graui ueterno torpet.
Se ſuumq́; nomen contemnit.
Propter uitam uiuit
Aſſiduè in ocio oliteſcit.
Bono ocio uſq; quaq; abutit̃.
Eſt illi laboris fuga.
Tantus eſt ei amor ocij, ut ne tum quidem excitetur, cum ſpes doloſi affulſerit numi.
Magna laboris fuga tenet hominem.
Ocij amator eximius
Hic perinde ut in rebus bene pacatis ſtertit, ceſſat, uoluptatur, atque cuticulam, ut aiunt, curat ocioſus.
Luxu & ocio indulget.
Eſt ceſſator quàm maximus.
Oſcitanti nunq̃ non ſimilis.
Semper oſcitabundus.
Nunq̃ non ocioſus.

*Non uult amplius ſtudere.*

Nuncium remiſit ſtudijs, illecebris uoluptatis delinitus.
Cum bonis literis repudium factitauit
Literis ipſis repudium miſit.
Muſarum arcana reliquit.
A Muſarum contubernio ſecedere decreuit
Faſtidioſis delicijs obtuſus à literis reſiliuit
Diuortium fecit cum Muſis.
Pedem deflexit, ne unguem dixerim, à ſtudio.

Eſt abductus, auerſus, alienatus melioribus Muſis

*Diligens.*

Neutiquam in amici negocio dormitat

Nemo hoc homine in curandis amicorum negocijs eſt diligentior

Res oẽs officioſiſſime curat.

Antelucana expergiſcitur diligentia

Minus etiã ꝙ luſcinia dormit

Maciem contrahit.

Fraudat genium, ut ſtudeat.

Agit hoc, neq; indiligenter.

Vir minimè in agẽdis incurio (ſus.

Accuratiſſimus.

Accurata opera utitur.

Accuratiſſima diligẽtia prędi (tus.

Nulla negligentiæ macula deuenuſtatus.

Nihil eo diligentius

*Euaſi multas pœnas.*

Vitã meã multis ſupplicijs eri (pui.

Vita mea fuit multis pœnis erepta.

Innumeris periculis pœnarũ meam ſubduxi uitam.

*Inſpexit me toruè.*

Cum truculentia oculorum me aſpexit

Me truci uultu intuebatur

Tranſuerſa tuẽtibus hirquis.

Obliquo lumine.

Tranſuerſis oculis. (bus

Truculẽtis trucibusq; lumini

*Non ſimus ingrati.*

Ne nos ingratitudine uinci patiamur, hũc cõmendemus.

Ne ingratitudinis nota noſtræ fronti uel merito inuratur.

Ingratitudinis macula mihi eſt non minus, ꝙ olim Perſis inuiſa deteſtaq;.

Ego grauiſſimo crimini eſſem obnoxius, ſi conſtãtis benignæ liberalitatis exemplum ſine ulla mentione tranſgrederer.

Perſæ ipſi uehemẽter cauſam agunt ingratitudinis, & quem cognouerint poſſe auferre gratiã, nec referre, in hunc grauiſſima pœna animaduertunt: quippe qui arbitrantur eos, q ſunt ingrati, & deos maiorem in modum negligere, & patriam, & parentes, & amicos.

Ne deſit nobis gratiſſima in N. uoluntas, ad exoluendas gratias.

Maxima N. in nos merita paribus ornamentis decorare nitamur.

*Oportet hoc memorare à principio.*

Sunt huiuſmodi primordia aperienda.

Hoc altius, & a prima origi-





ne eſt repetendum.

Ab ipſo rei primordio omnis retro memoria repetenda eſt.

*Non conſueui hoc facere.*

Hoc à meis morib⁹ abhorret.

A meo more alienum eſt hoc facere.

Hoc facere minimè inſueui.

Hoc mecũ nõ ſatis conuenit.

Nunquam eo adductus ſum, ut hoc facerem.

*Honoratus.*

Prętantiſſimus illi honos habitus eſt.

Ad parentum & deûm propè uicem honoratus eſt

Maximus illi honor eſt exhibitus,

Honoris immodici titulo hũc omnes proſequuntur.

Nullo non eſt afficiendus honore.

Cumulandus eſt honoribus.

Dignus eſt æterni cui decernantur honores.

Singulari quodã honore afficiendus eſt.

Nefas eſt planè huic quicquã honoris denegari.

Multum decoris ei adiungendum eſſe, omnibus eſt in confeſſo.

Nullus niſi maximè impius, non dixerit, eum non uulgari honore dignum.

*Iniurijs me afficit, & detrahit.*

Conuitiorum furore in me graſſatur.

Hic nefarius nebulo calumnias mihi intendit, ſpargitq; in uulgus.

Maledictis in me debacchaẗ.

Conuitijs turpibus fui ab eo laceſſitus

Maledictis, compellationibusq; probroſis ab eo ſum iactatus.

Turpibus & indignis in me uerbis ab eo non eſt temperatum.

Saturare ſe nequit meis contumelijs

Orarem eum, ut ſupplicijs potius ſe ſaturaret meis, ꝙ contumelijs.

Probroſas in me criminationes effundit.

Varijs criminationibus ab eo fui uexatus.

Probris omnigenis me inceſſit.

Modeſtiæ neſcius & pudoris, improbo, petulantiq; maledicto nomen meũ credidit laceſſendum.

In toto iactat uerba canina foro.

Impiè de me loquitur.

Eſt uir canina nobilitatus facundia

Immiteis ac malignas de me

uoces in uulgus ſpargit.
Liuido ore me mordet ſepius
Mordicus me inſectatur
Improbo ac inuerecundo in me inuictus eſt animo.
Me ſua uoce uulnerat
Vocis ſuæ contumeliam expectaſſe uideor, ea ſic me conficit.
Aculeatis me uerbis inſequitur.
Letalibus ſpiculis me impetit
Incurſat in meam famam ſuis petulantibus maledictis.
Conuitio mecum agit.
Me agitat conuitijs
Theonino dente corrodit.
Genuino me dente mordet.
Satyrice me inceſſit
In me hoſtiliter obtrectat.
Inimiciter perſequitur.
Inſcite ac malignè me uellicat.
Sæuit in me conuitijs.
Nulla non ſum ab eo laceſſitus iniuria.
Omni genere iniuriarum in me debacchatur.
Suus maleuolus ſermo in me membratim graſſatur.
Parum abeſt, quin in me genuinum effregerit.
Iniuriam multo cum fauore refundit
Nulli tolerandis contumelijs prouocat.
Inuidus eſt, & alijs inuidet.
Zoilus.
Liuore acri in oēs percitus.
Hunc liuoris tinia comeſt, & inuidiæ ſubrodit rubigo.
Inuidiæ incendio conflagrat.
Inuidiæ morſu concoquitur.
Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.
Zoileo flagello diſcrutiatur.
Superciliosus uituperio
Vide quanta tempeſtas inuidiæ ab hoc homine mihi impendeat.
Ego ſemper hoc animo fui, ut inuidiā uirtute partam gloriam, non inuidiam putarē.
Ab hoc hoīe mihi multa impendet inuidiæ tempeſtas.
Inimico mihi, ut prędicat, ſuo inuidiam uult contrahere.
Ingenti malo inuidiæ in me uexatur.
Nunq̄ ne extinguetur, atq; delebitur, non modò hæc tam adulta ſuæ inuidiæ peſtis, ſed etiam ſtirps, & ſemen omnis liuoris.
Blatteramina inuidorum iactare non deſinit.
Eſt naribus acutis. Naſutus.
Subſannator. Vitilitigator.
Obſtriligator.
Meritò Demetrius ille, philoſophus inſignis, intempeſtiuos oblatrantium nebulonum morſus, crepitibus uentrium planè cenſebat aſſimilandos: quid refert, aiebat,



bat, ſurſum ne an deorſum uergant.
Hic in hoc ipſo maximè gloriatur, ſi doctiſſimo cuiq; maledixerit.
In unumquenq; ſua dementia blaterat.
Animi eſt parum liberi, & inſynceri, inuidię magis, q̄ doctrinæ concedere.
Contendit hic tenebrio gloriam meam, quantulacunque eſt, infringere.
Ex indigna cauſa inuidiæ in me accenditur
Eſt liuoris macula decoloratus.
Malignus uirtutum interpres alienam gloriem ſuggillat
Me auidè ſuggillant mordaculi blaterones.
Infenſo & acri animo me inſectatur.

*Formulæ à poetis detortæ in detrectatores.*

Ingeminas tremulos naſo criſpante cachinnos.
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.
Eſt tibi plus mentis, tibi cor limante Minerua.
Acrius & tenues finxerunt pectus Athenæ.
Audes præterea, quos nullus nouerit in me.
Scribere uerſiculos, miſeras & perdere chartas.
Tu rubido ore prodiens poſſis, & fumantem uiui urſi naſum tentare.
Tu tacitus quæris, quam poſſis rodere carnem.

Martialis:

Mentitur qui te uitioſum Zoile dixit.
Non uitioſus homo es Zoile, ſed uitium.
Quid non audebit perfida lingua loqui?
Te fingente nefas Pyladen odiſſet Oreſtes.
Theſea Perithoi deſtituiſſet amor.
Tu Siculos fratres, & nomen maius Atridas.
Et Ledæ poteras diſſociare genus.
Adlatres licet uſq; nos & uſq;
Et gannitibꝰ improbis laceſſas.
Ignotus pereas miſer neceſſe eſt.
Noſti pellem rodere caninā.
Nos hac à ſcabie tenemus unguis.

*Oratoriæ formulæ.*

Neminem nō perſtringit uerbis ſuis aculeatis
Neminē non aſpergit aceto.
Omnes ſine delectu mordet.

*Probant hoc omnes.*

Summis aſſentionibus hoc probant omnes

Non ſententijs oīm modò ſed ſtudijs hoc comprobatur.
Omnium calculis hoc probatum eſt
Vno ore hoc probant omnes
Hoc reprobat nemo
Omnium calculis, punctiſq́; approbatur.
Publico omniū ſuffragio hoc probatur

*Spem mihi dedit*

Me in optimam ſpem accēdit.
Erexit in me ſpem non contemnendam
Adductus ſum ab eo in ſpem peregregiam
Multum ſpei adiecit
Non parum fiduciæ nobis addidit.

*Miſerrimè mortuus eſt*

Miſeram oppetijt mortem.
Miſero cruciabiliq́; exitu perijt.
Deteſtabili exitio interijt
Ad internicionem deperijt
Aerumnabili diſcrutio finiuit uitam
Miſera abſumptus eſt morte.

*Non timeo*

Me multo metu liberaſti.
Sum omni metu liberatus
Exceptus eſt mihi timor oīs.
Excuſſi de corde metum.
Multo me metu reuelaſti
Leuatus ſum formidine non mediocri.

*Conuiuium eſt paratum.*

Inſtaurata eſt comeſſatio.
Inſtructa eſt epularum magnificentia.
Non tenuiculo apparatu excipiemur
Inuitamur ad cœnam, inſigni magnificētia, ingētiq́; epularum apparatu inſtructiſſimam.
Ingens curatur epularum apparatus
Non modò non eſt parcū, ſed elegans conuiuium.
Sumptuoſa cœna parata eſt
Promiſcue ac indefinite cœna eſt inſtructa
Opipare inſtructa
Cum epularum lautitijs
Lautiſſima cœna
In apparatu epularum nihil hic receſſit à magnificētia.

*Conſul.*

Conſulatum adeptus es
Conſularem celſitudinem eſt indeptus
Ad conſulatum euectus
Conſularis dignitatis faſtigium conſcendit
Ad conſularem maieſtatē eſt prouectus.

*Perſeuera ut incepiſti.*

Perge, obſecro, qua inſtituiſti uia.
Cœptū iter (queſo), ꝑſequere.
Si credis, cœptum continuabis iter.

Tri-



*Triſtis eras.*

Triſtitiam præ te ferebas
Videbaris mœrore confici
Eras uultu mœſtiſſimo
Eras non ſine multo triſtioris mentis argumento
Impatientius dolebas
Triſtitiam uultus teſtabatur.
Ex ſtygijs aquis undam delibaſſe uidebaris
Vaticinatus in antro Trophonij uidebare

*Vigilaſti.*

Noctem hāc totam in ſtudio inſomnem duxiſti
Diei noctē coniunxiſti peruigilem.
In ſtudio noctes uigilas cum ipſis diebus
Diē totū ocio literario addis.
Laborioſiſſimo uteris peruigilio

*Non oportet Chriſtianum tam acriter reprehendere alios.*

Hi ſermões mordaciores ſunt ꝙ ut Chriſtianæ conueniāt modeſtiæ.
In his tam mordacibus uerbis, à Chriſtiana modeſtia ꝙ longiſſimè abhorres.

*Hoc facilè fiet.*

Hoc factu perfacile eſt.
Hoc minimo negocio fieri poteſt.
Hoc nullo fermè negocio fieri poterit.
Ad hoc opus nihil, aut parum eſt negocij.

*Eſt magnus reprehenſor.*

Lucianum quempiam mirè exprimit
Omnia mordicus arripit.
Eſt in omnes dentatus
In oēs ſalibus impunè ludit.
Dentatis aculeatiſq́; uerbis in omnes armatur.
A carpendis alienis moribus ſibi nunquam temperat.

*Faueas mihi.*

Cœptis faueas noſtris.
Pollicem premas
Attollas digitum
Tuum ſtudium mihi dicare uelis.
Fauorem mihi neu deneges tuum
Erit mihi magni cuiuſdam numinis inſtar
Noſtræ partes poterunt tua opera iuuari.
Inſtes meo fauori
Mea paruitas ad tuum fauorem decurrit
Adnitere, quæſo, mihi ægerrimè laboranti ſuppetias ferre.
Suppetias fer.
Auxiliare
Fauorem, ac tuum ſtudium amplector, quo mihi nunc

 opu

opus eſt aduerſum quoſdã, odioſè coniuratos in bonas literas, quorum magna eſt improbitas.

*Omnia indigere recreatione.*

Omni uitæ inſtituto ſuos luſus concedimus.
Studijs etiam ipſis aliquid luſus nonnunq̃ permittitur.
Danda eſt etiam literis ipſis remiſſio
Sunt etiã Muſis ſua ludicra.
Miſta Camœnis otia ſunt.

*Prodigus.*

Promus eſt magis, q̃ condus.
Sui profuſus, alieni appetẽs.
Viuit Nomentanus.
Nomentani uitam agit
Ingentes facit ſumptus, adeò ut ſatrapam poſſint deterrere.
Cenſum multum profundit.
Pecuniam multam profligat.
Patria omnia bona abligurit
Bonorum obliguritor.
Multas opes abſorbuit
Rem uniuerſam, ſeu patrimonium luxu perdit.
Quotidianis comeſſationib⁹, alea, luſu, nocturniſq; potationibus, totam ſuam ſupellectilem abſumit.
Patria oĩa bona obliguriuit, adeò, ut ne teruntium quidem ſibi fecerit reliquum.
Impenſas fecit immodicas.
Ingrata ingluuie p̃claras res parentum ſuorum ſtrinxit.
Fortunas ſuas omnes obliguriuit.
Multas opes labefactauit.
In patrimonio ſuo helluatur.
Familiam, pecuniamq; ſuam prandiorũ gurgitibus proluere ſolet.

*Semper garrit, & fabulatur.*

Totum ipſum tempus ἀμούσοις & illiteratis fabulis terit.
Perpetuò nugatur
Perpetuas agitat nugas
Aſſiduum congerronem agit.
Bonam temporis partem in nugis collocat, rebuſque nihili perdit.

*Contraria.*

Hæc ſibi cõtrarietate aduerſantur.
Hæc aduerſis frontibus pugnant.
Vtroq; cornu opponuntur.
Hæc aperta pugnantia aduerſantur
Hæc uirtutibus inter ſe contrarijs ſunt deligata
Hæc tota diametro pugnant inter ſe.
Hæc ex diametro pugnant.
Magna cõtrarietate diſſidẽt.

*Euenire illud ſcio.*

Scio, uaticinorq;, ac penè oculis uideo, hoc euenturum.
Hoc penè oculis uideo
Mens mea eſt præſaga futuri.
Præſagio hoc futurum.
Augurior (nec me fallet augurium) propediem fore.

*Libenter audio hoc.*

Libens iſtud audio
Audire iſtud ex aĩo gaudio.
Iſtud eſt mihi auditu perquã iucundum
Haud iſtud inuitus audio.
Oppidò lætor iſtud ex te audire.

*Tua familiaritate delector.*

Diſpeream, ſi quid in uita mihi eſt tua cõſuetudine mellitius.
Nihil poſt deum immortalem mihi eſt in uita, tua conſuetudine ſuauius.

*Paſſus ſum maiora conuitia*

Ad maiores contumelias iam occallui, minus ideò ad hæc leuia commoueor.
Ita mea cutis occalluit ad hos morſus, ut tam leues uerborum ictus non admittat.
Hiſce tuis conuitijs haud aliter moueor, q̃ ſi me aſellus calce feriret.
Ad has contumelias ne pilo magis quidem moueor.

*Excita illum.*

Excutite eum ſomno.
Eius ſomnum excutias.
Educ hominẽ è tenebris Morphei.
Expergere fac hominem.
Iube eum ſtratis corripere corpus.
Excita eum à ſomno
Cura eum à ſomno ſolui, excuti, excitari.

*Nobilitaſti parentes tuos.*

Nouum agis hominem.
Sine ullis imaginibus nobilis euaſiſti.
Clarum ſtemma tuo generi addidiſti.
Familiam tuam claro ſtemmate donaſti.
Tu tuæ genti plurimũ ſplẽdoris ac dignitatis adieciſti.

*Faciam, ut ſis meæ ſententiæ.*

Te facile adducam, ut meæ ſuccinas ſententiæ.
In meam ſententiã non ęgrè te deflectam.
Te in meam opinionẽ transferre conabor.

*Hoc eſt rationabile.*

Hoc ueræ rationes reptæ monent.
Suadet hoc ratio
Hoc à ratiõe minimè alienũ.

*Emendat te.*

Vtinã tibi iſtam mentẽ dij donarent, ut te ulla res frangeret, ut te unquam corrigeres

geres, ut in uiam redires.
Vtinã tortuoſos mores caſti-
gare in aĩm induxiſſes tuũ.
Redi in uiam.
Reſipiſce quæſo.
Teterrimos tuos mores in cã-
didos commuta

*Damnum dedit tibi.*

Hoc tibi grandi iacturæ erit.
Graui tibi erit exitio.
Pernicioſum & funeſtum tibi
futurum eſt
Grauem ex hac re accepturus
es calamitatem
Non iacturam ſolùm facies,
ſed & naufragium.
Hæc res plurimum tibi detri-
menti, magnamq́ȝ perniciẽ
allatura eſt.
Maxima detrimenta tibi in-
fundet
Multum detrimenti ex hoc
uolumine capies
In hoc grauẽ facies iacturam
Afficiet te hoc iactura nõ me
diocri
Tibi nõ uulgarem perniciem
hæc res eſt inuectura

*Bellum ſæuit.*

Difficilima ſunt Reipublicæ
tempora
Summa bellorũ difficultas no
ſtris imminet temporibꝰ.
Sęuit toto Mars impius orbe.
Affligiamur difficultate bel-
lorum

*Corrigis uitia aliena.*

Iunctura es callidus acri
Pallentes mores radere per-
doctus
Culpas defigis obeliſco
Notas curuos mores
Cenſoria nota perſtringis
Vitio nigrum thita præfigis.
Carbone notas

*Recreatur literis huma-
nitatis.*

Illi ſuppeditat poëſis, ubi ani-
mus è foreſi ſtrepitu reficiat
Aures conuitio defeſſæ con-
quieſcunt
Animũ ſuũ doctrina excolit.
Relaxat, reficit, reparat.

*Hoſtis eſt Ioanni.*

Hunc non probat Ioannes
Non co utitur amico
Eum odit hoſtiliter
Eſt cũ oſus ſuorũ morũ cauſa.
Eſt ei inimiciſſimus
Inimico & hoſtili animo eſt
in eum

*Punitus propter te.*

Piacularis hoſtia factus ſum
ob ſtultitiam tuam
Meum tergũ tuæ ſtultitiæ ſub
duxi ſuccidaneum

*Loquitur ſuperbè.*

Fabulas buccis ſufflatis hiat.
Offas robuſti ſermonis inge-
Centeno gutture inter (erit.
loquendum nititur.
Grande aliquid, quod pulmo
ani-



mæ pelargus anhelat.
Totum Heliconem inter lo-
quendum effundit
Folle premit uentos
Neſcio quid ſecum graue cor-
nicatur ineptè
Tumidas ſclopo buccas inflat
Bullatis nugis, ſua ut turge-
ſcat pagina, hoc ſtudet:
Darent fumo, nebulisq́ȝ pon-
dus ſua uerba.
Proijcit ampullas, & ſeſquipe
dalia uerba.
Efflat inanes gloriolas
Ineptè ſecum cornicatur
Ampulloſa imperitia & oſten-
tatione tumeſcit
Ampulloſe reſpondet.

*Verus amicus.*

Nihil eſt in me fuci
Præſtigias nullis amicitijs fa
cio.
Tibi nũc, hortante camœna,
excutiẽda damus pręcordia.
Oſtendam, quanta pars ani-
mæ noſtræ tibi ſit
Nulla in me comperies pictæ
(quod Perſius ait) tectoria
linguæ.
Firmiorem amicum ne arbi-
trare, ꝙ ut ob leues offen-
ſas amicus eſſe deſinam.

*Quantum poterimus.*

Quod facultas feret.
Quantum noſtræ ſeſe exten-
dant uires.
Quantum erit in nobis ſitũ.
Quoad penes nos erit.

*Tua ſcientia non prodeſt
alijs.*

Sterile domi tuæ talentũ deti
nes, quod Chriſtus uolebat
uel uſuris creſcere.
Nõ meminiſti fœlix eſſe ociũ
literarum, ſed ſi modo illuc
deſcendat ſapiens Platoni-
cus, non uni ſibi natus.

*Linguam non habet
promptam.*

Eſt impeditioris linguę
Neceſt illi expeditę linguę prõ
ptitudo.
Eſt lingua obligatiori impe-
ditus.
Vinculo oris nondũ ſolutꝰ eſt.
Nondum ſoluti ſunt linguæ
ſuæ noduli
Elinguis magis ꝙ loquax.
Vitium nodumq́ȝ linguæ nul-
lo rupit nixu
Planè ac articulatè nondum
eloqui poteſt

*Superbit propter ſuam
doctrinam.*

Inani ſcientiæ perſuaſione in
tumeſcit
Nomine mediocris cuiuſdam
literationis ſibi mirifice
adblanditur.

*Habet multos auditores.*

Eſt illi frequens auditorium.
Nõ infrequẽs auditorũ turba.
Theatrum habet, & conuen-
tum

tum, ꝙ frequentiſſimum.

Dij ſuum fortunauerunt auditorium

Diſcipulos ueluti Theophraſtus habet non ſane paucos

Tantus eſt ſuorum auditorũ numerus, ut in ampliſſimas copias excreuerit.

Ad eum audiendũ confluunt agminatim, & quaſi turnatim accurrunt, aduolant; agglomerantur auditores

*Audi meam opinionem.*

Paucis ſuper hac re meã accipe ſententiam.

Quid de hac re ſentiam, paucis accipe.

*Res difficilis.*

Audax profectò ſuſcepi negotium, & liuētis inuidię dentibus imprimis obnoxium.

Rem prorſus magnam animi & corporis aggreſſus ſum.

Audax facinus ſubij.

*In mea poteſtate.*

Hoc penes me eſt

Hoc in me ſitum eſt

In meo luco & phano ſitũ eſt.

Integrum mihi eſt

Eſt mihi liberum

Hoc meæ ditioni ſubiacet

*Laudare te dignè non poſſum.*

Dignis te efferre laudib⁹ oĩs mei ingenij uis non poſſet.

Quid meus ad laudum tuarũ præconia lituus?

Ero, & ſi nõ idoneus, tamē beneuolus tuarum laudũ buccina

Maiori tubæ debentur tuæ laudes.

Sunt plectro meliore canēdę.

Aeternũ tuæ laudis pręconiũ merito honore nõ ualeo ꝓſequi.

Dignè merēterq; tuas prædicare uirtutes non eſt noſtrę opis.

Nõ efficere poſſum præconio meo, ut claritati tuæ maius quippiã ſplendoris addatur

Tuas laudes modulatiori concētu decantarē, niſi ſubuererer eas culpa ingenij mei detexere.

Tibi maiora debeo, ad quæ nondũ idoneus, his præludijs tota mente, & ingenioſis uirib⁹ me cõparo.

Si tuarum laudum copiam perſequi ſatagerem, certò uitio temeritatis, quo olim decolorati fuerint gygantes, uenirem notandus

Nõ ad unguē nr̃ũ iſta tumultuaria Latinitas tuarum uirtutum encomiũ repręſentabit.

*Scribam de N.*

Vitã, mores, & res egregiè geſtas literis mãdare conſtitui

Connitar memoriã tanti uiri tãq; pręclari, ab hoĩm obliuione atq; ſilētio uindicare.

Si nõ ex amuſſim, tamē leuiter

ter



ter attingere uirtutes hominis tam egregij conabor.

Aliqua celebritate famæ ſtatui eximias hominis uirtutes afficere.

A me flagitas, ut N. mores ingeniumq; uelut in tabula tibi depingam.

Eum paucis tibi deliniabo

*Si Deo placuerit.*

Si fata ferant.

Si ſuperis collubitum fuerit.

Si cœpta dij bene fortunent.

Deo optimo maximo auſpice

Si ſuo numine dexter affuerit deus.

Deo fautore, fauēte, ꝓpicio.

Annuentibus ſuperis.

*Sic deo placet.*

Sic placitum eſt deo optimo maximo

Sic ſuperi uoluiſtis abundè.

Sic uiſum eſt ſuperis

*Diſputat egregiè.*

In arena & ſtudio literario animoſe digladiatur

Doctiſſime diſceptat.

Deſcendit in arenam, unde uictor crebiter exiuit.

Ab eo diligētiſſimè diſputat.

Relucet in homine anxietas quædam, & moroſitas diſputationis

*Ira hoc feci.*

Colore iracundiæ hoc egi.

Irarum ſtimuli me ad tantum facinus impulerunt.

Subitario ardore iræ hoc crimen cõmolitus ſum, & impudenter auſus.

*Opus ſuum imprimi noluit.*

Noluit ſua typis impreſſorũ excudi.

Inhibere uoluit, ne publicitus euulgentur.

Minatus eſt ſuo partui, nondum plenè nato, uelut abortiuo & malè concepto, uitales auras, & Lucinæ beneficium intercludere, dirumq; exterminium intendere.

Non exiſtimauit ſuam fœturam temerario èditionis honore uulgari debere.

Noluit typicis chalcographorum notis committere.

Excudi formis op⁹ ſuũ noluit.

Quę domi habet nondum effert, ut exeant in communē ſtudioſorum utilitatem.

Nondum opinatus eſt ſuũ fœtum ſatis maturuiſſe.

Nouitium Camœnarum Quirinalium partum non uult uita donare.

*Faueas mihi, & nullus inuidebit.*

Opus meũ tui nominis ſplendore fultum dentes theoninos retundet

Liuorem omnem tuo candore expugnet opus.

Armatum maieſtate tui fauoris

ris opus, aculeatos liuidorum morſus facilè uitabit.

*Prolixus ne ſim.*

Ne, quaſi Oreſtem deſcribens longum faciam

Iam ſatis eſt, ne me criſpini ſcrinia Lippi

Compilaſſe putes, uerbū non amplius addam.

Ne ſi alia efferā longior ſim.

Ne uobis polylogus uidear

Ne nimiū lōgos adferā logos

Vt immenſo hiſtoriarum agmini cedam, quę non importunè etiam adduci poſſent erunt hæc percurrenda.

Stultè perſequor tam innumera, ut nec Chryſippi, nec Dydimi uoluminibus, omnia comprehendi poſſint.

Ne nimium longa ſumatur oratio.

Ne lōga ambage morer uos.

Ne ambagioſis uerborum inuolucris uos remorer.

Ne ſinuoſis uerborum anfractibus ueſtras aures ſuſpenſas teneam.

*Satagis rerum alienarum.*

Rerum alienarum ſatagere ſoles.

Quod tua non intereſt, id nō deſinis percontari.

Si quid minus tua intereſt, id te magis angit.

Ea curas, quæ nihil quicquam ad te attinēt.

Tantum ne tibi eſt ocij, ab re tua aliena ut cures.

*Si feceris hoc, bene mecum agetur.*

Hoc ſi à me factum erit, & me diuino beneficio affeceris, & ipſe ęternam gloriā conſequere.

Operam tuam (quæſo) in re honeſta, & liberali amiciſſimo homini non deneges.

Tibi certò ſatisfaciam, uel in literis, ſi bonæ fuerint, uel in obſequio, ſi malæ, modò hanc rem faciendam cures.

Quod ut facias, etiam atque etiam rogo, ignoſcasq; breuitati literarum.

*Ne timeas inuidiam.*

Ab omni inuidiæ metu procul abſis

Verendum tibi non eſt, ne qđ inuidiæ in poſteritatem tibi redundet.

Non eſt tibi timēda ſeueritatis, aut fortitudinis inuidia ſed inſcitię aut nequitiæ.

*Hoc dicunt.*

Intelligo neminē tam ſtultum fore, qui hoc non uideat.

Nemo eſt tam improbus, qui non fateatur.

Nemo tam perditus, tamq; flagitioſus inueniri poteſt, q id non iure factum fateatur.

In-



*Inquirere non debes.*

Hoc indagare tua non intereſt.

Hoc tuæ coniectura mentis non capit

Diſquirendæ huiuſce rei te labor agitare non debet.

*In periculo es.*

Vitam tuam innumeris expo nis periculis

Varijs tete obiectas diſcriminibus.

Periculis tete temere offers.

Verſaris in multis periculis.

Grauia tibi impendent uitæ diſcrimina

Quatuor noctes de uentorū, ac fluctuum arbitrio propendimus.

*Non ſine cauſa.*

Non immerito

Non abs re. Non iniuria.

Rite Merito

Optimo iure.

Summis rationibus.

Cauſarius

Optima de cauſa

*Vires non es expertus.*

Non ſatis uires tuas exploraueris.

Non feciſti periculū in uirib9.

Non conſuluiſti uires.

Non ſatis libraſti uires, an ſuſferendo huic oneri ſint pares futuræ

In ſuſcipiēdo onere uires animi non conſuluiſti.

Ad Cricolai (ut aiunt) libellam uires tuas debuiſſes expendiſſe.

*Liber erroribus plenus*

Mendoſus liber

Scatet mendis

Exundat erratis

Squalet maculis

Eſt pardo maculoſior

Eſt corruptus erroribus

Mendulis deprauatus eſt

Flagitijs confertiſſimus

Nullus eſt tam planè cæcutiēs q nō animaduertat flagitia.

Labeculis eſt reſperſus

Feculentus eſt labe erratorū.

Multiplicibus maculis interſperſus

*Scribam ad te.*

Oībus (ut aiūt) ueſtigijs quærenti mihi ultro oblatū eſt ad te ſcribendi argumentū.

Scribo ad te oblatis argumentis non quæſitis.

Multū eſt mihi ad te ſcribendī relictum argumentum.

Crebras literas ad te miſſicu labo, ut eas aut ne lecturus quidem ſis, aut mihi ſilentiū imperaturus.

Tu licet mutus ſis, ego tamen non deſinā frequētibus tibi epiſtolis obſtrepere.

Anſam ad te ſcribendi, id qđ diu fuerat in uotis, per te mihi oblatā eſſe gaudeo.

Opto

*Opto hoc.*

Maximopere cupio.
Summopere exopto
Maximè uelim
Nihil eſt mihi magis in uotis quàm ut hoc fiat.
Nihil eſt mihi optatius.
Sitienter expeto.
Sũmopere hoc à me experit.
Quotidiano cõuitio hoc efflagito.
Maximè concupiſco.
Hoc eſt mihi in uotis.

*Varietas ineſt tuis epiſtolis.*

Iuncturã hñt nõ diſplicentẽ.
Lepidè cõpoſitę ſunt epiſtolę tuæ, multiſq́ꝫ quaſi ſquamis uariegatæ.
Multiplici uarietate reſperſę ſunt.

*Græcizas in epiſtolis.*

Atticiſmi non pauci tuæ inſunt epiſtolæ.
Oratio eſt planè Attica
Attico lepôre inſtructa
Tu tanquam Atticus homo multum Atticiſſas.
Fœlices ſunt tuæ epiſtolæ in Atticis uocibus
Crediderim non tam Atticas eſſe Athenas.

*Corrige.*

Ea lege ſcripta mea ad te ueniunt, ut caſtigentur, ut uapulent, ut erratorũ pœnas ungue luant, & obeliſcis.
Adhibe te meo partui ęquum iudicem, nõ iniquum: ſeuerum, non indulgentem.
Adhibe ungues & obelos.
Aſteriſco notes
Nõ faſtidio literas amici hoĩs
Non ſum adeò delicato ingenio, ut literas amici hominis faſtidiam.
Ne tu, nec fortaſſe quiſpiam credat, q̃ mea opera mihi non ſatis faciant.
Metuo ne mihi ſim Suffenus.
Seuerè & tetricè à te, homine haud ſanè rugoſæ frontis, pueros meos uelim accipi.
Patiẽter noſtra hęc opera paulùm à te uexari
Indue Momi, non iudicis perſonam, quã ferunt ſandaliũ Veneris culpaſſe, cùm Venerem non poſſet.
Tuo enſe errata mea confodias uelim
Creta notes. Abſterge mendas.
Elue errata.
Tua fœlici lima hãc noſtram fœturam dignaberis.
Ne (quæſo) refugiant tuę manus hãc noſtrã êditiunculã.
Quę in hac epiſtola ſalebroſa ſentienter, ea leuigare, quæ obſcura illuminare, quę tortuoſa corrigere & euerberare non uerearis.
Notes unguina nota, iugulũ confodias.

Epi-



Epiſtolam meã à mendis, quibus perſcatet, repurga.
Hãc epiſtolam tibi ſtatuo repurgandam
Hoc epiſtolium multa lima cruciato
Tu pro tua facilitate ac ſapientia, ſi quid in hoc epiſtolio obiurgãdum offendas, condonabis.
Te ſcriptorum meorũ cenſorem facile feram, hominẽ tót annis in literis nõ ſine gloria uerſantem.
Extemporale epiſtoliũ ad te miſſito, ut ſulcis interciſiuis nonnunq̃ perfodias.
Velim epiſtolam meam à te uapulare.
A te uapulent mea ſcripta.
Te impenſe flagito, ungue & obeliſcis tuis pœnas ſuorũ erratorum luat epiſtola.
Hoc fœlici tua lima dignare.

*Verſus tui ſunt elegantiores meis.*

Verſus mei, tanq̃ ordinis forent equeſtris, debent tuis, ueluti ſenatoribus, & patriciis, cedere.
Eſt decentior tuorum uerſuũ facies, q̃ meorũ, in qua ne næuulus quidem ſit.
Multis calculis fœliciores sũt tui uerſus meis nugis
Tui uerſus multis paraſangis præcurrunt meis

*Faciam quod iuſſiſti.*

Feſtinabo tua iuſſa
Properè tua exequar mãdata.
Mihi iuſſa capeſſere fas eſt.
Nihil tua iuſſa morabor.
Iuſſis cõfeſtim obſequar tuis.
Iuſſa ſequi, tam poſſe mihi ſequi, q̃ uelle neceſſe eſt.

*Publica tuum opus.*

Ne patere diutius cum blattis & tineis rixari tuam fœturã
Nõ neget ferre lucẽ tuũ opus.
Iam ſeſe uinculis aſſerit
Domi eſſe neqt, libertatẽ & ſecuritatẽ publicè poſtulat.
Vult inuulgari
Eſt euulgandum
Ede in uulgus
Fac prodeat in lucem
Promas in publicum
Effer in auras
Committe uitalibus auris.
In aſpectum publicũ produc.

*Excepiſti meos uerſus beneuolẽ*

Prædicant ſe mei uerſus, nec urbanius unquam, nec hilarius fuiſſe acceptos, q̃ apud te amice cõfoſſi ſunt.
Et ſibi gratulantur mei uerſus, ob tuum iudicium, & tibi plurimum debent.
Voluerunt tuo enſe mori, ſed indulgentius egiſti cũ meo partu, q̃ oportebãt.

F Ornas

*Ornas quæ uilia ſunt.*

Obſcuris rebus das nitorem.
Huic rei protritę dediſti ſplendorem
Conculcatis his triuialiter dictis, non parum gratię aut uenuſtatis inſeruiſti.
Trita oĩa per te noua, ſplendidaq́; redduntur.
Ornatu uerborũ hoc ſplendicans, & ſpecioſum effeciſti.
Oratorijs pigmẽtis excoluiſti
Merotheſio uenuſtaſti Iſocratico.

*Riſu dignum.*

Res eſt profectò iocoſa, & riſu digna Catoniano.
Quis in hac re cachinnis tẽperaret?
Quis riſui parceret?
Quis riſum cohiberet, cùm tu iam lepide iocaris?
Nemo eſt tam planè ἀγέλαςος, quin his audiendis hilareſceret.
Quis hanc opinionẽ non ſtatim explodat, exibilet, ac tota Antycira dignũ putet
Quis huc decem non euocet Democritos?
Satis haberent decem Democriti, quod hic riderent.

*Autores meminerunt huius rei.*

In annalibus memoria hęc ꝓdita eſt.
Vulgo & creditũ & ſcriptũ eſt
Literaria ueterum monimẽta hoc perſonant
Tradunt hoc ueteres annales
Hæc autores enarrãt opulentius.
Sctiptis hoc reliquit Liuius
Hoc literis hiſtoricorum demandatum eſt
Ego literaria ueterum monimenta ex decreto uolutãs offendi hoc apđ Ciceronẽ.
Inclytis literarũ monimentis hoc conſecratum eſt
Memoriæ datum eſt
Proditum eſt literarum monimentis
In ueteribꝰ memorijs hoc ſcriptitatum legimus.
Creditum eſt hoc à pleriſq́; & memoriæ mandatum.
Quantopere in Ciceronem à M. Antonio ſæuitũ ſit, teſtis eſt uniuerſa antiquitas
In ueterum collectaneis autorum hoc eſt notatum
Innumeri propè autores hoc teſtantur
In ueterum libris obſeruatũ eſt, hoc fieri.
Relatum eſt in ueterum commentarijs.
Facta eſt mentio in ueterum ſcriptis, & habita illuſtris memoria.
Attentiſſima cura, & præſtanti facundia hoc tradiderũt illuſtres autores.





Periucunda ſanè ac lepida hiſtoria de hoc tradit in ueterum commentarijs
Huius moris obſeruationisq́; teſtimonia, atq; documẽta in antiquitatibus perſcripta ſunt.
Hoc illuſtrium penè omnium autorum literæ loquuntur
Hoc ueteres annalium ſcriptores ignotũ eſſe poſteritati, noluerunt.

*Redeamus ad propoſitum.*

Conſtitutam emenſi iam curriculi metã noſtra ne præteruolet oratio.
Vt illuc, unde abij, redeam.
Ne prolixiori huius uirtutis cõmendatione noſtra plus æquo turgeſcat pagina, pedem hinc exerimus, aliò greſſum flexuri.
Ne noſtra in immenſum pauxillatim excreſcat oratio.
Vt noſtra oratio, quò ſtyli curſum deſtinauit, eò procedat.
Vt hæc, tam longo repetita principio, ad rem noſtram accommodentur.
Vt eò, unde digreſſa eſt, noſtra ſe referat oratio.
Sed ne fortè meo nimium de calle recedam, deſerat aut curſus uerſa carina uagos.
Vt ad rem recurrat oratio

*Cum honore receptus.*

Qua debui ueneratione ſum exceptus
Maiore ueneratione me parẽtes mei proſecuti ſunt
Multis à parentibus affectus fui honorum cumulis.
Multa me exceperunt ueneratione
Summo honore fui ab eis acceptus

*Tolero labores.*

Iam ex Peripatetico planè Stoicus factus ſum
Apathiam illam Stoicam maximè approbaui
Iam uidere eſt, me pauld antè delicatum hominem, factũ eſſe omnium tolerantiſſimum.
Sum laborum tolerãtiſſimus.

*Patior quicquid accidit.*

Quæ mea nõ ſunt, ſic demum fieri uelim ut dij uolunt.
Quicquid obtigerit, nec deos culpabo unquã, nec accuſabo, nihil dolebo, nihil expoſtulabo.
Seruire ſcio, uincere neſcio.
Pacato uultu aduerſa, ſicut proſpera excipiam.
Aduerſis rebus minimè deijciar, proſperis non inſoleſcam.
Nullum conuitium non ferã, uel falſiſſimum.

*Non curo quid de me dicatur.*

Aliorum de me opinionē, atque id genus alia, quæ externa ſunt, negligo prorſus, atq; reijcio.
Rumores plebeios ad diē curo, ut uiatores hoſpitium.
Aliorū de me cogitationem non extimeſco.
Quid de me opinentur mortales, ſuſq; deq; fero.
Non uerterim manum
Nihil mea refert, utroq; uerſum hæc dicas.
Nulla eſt habenda ratio, quid dicatur.

*Omnes optant diuitias.*

Aurum inexplebilem hominum auiditatem, & hydropiſim non ſaturat, ſed adauget uehementer.
Aurum oīm appetitur uotis.
Ad aurum congerendum certatim itur ab omnibus.
Omnes incubant & excubant ut auro inſidientur.
Omnes maciem contrahunt, fraudantq; genium, ut aurum aggerant.
Antelucana expergiſcunt oēs diligentia, lucro auri inflammati.
Complures modice, aut etiā minus q̄ luſcinia, dormiūt, ut aurū uiribus ſuis expugnent, & ducāt captiuum.
Nullum eſt hominum genus, quod auri habendi cupiditate non intabeſcat.
Ne multis agam, omnes ſibi ſigunt.

*Nimis dormis.*

Vltra Endimionem ſomno indulges
Tu ſatur irriguo gaudes turgeſcere ſomno.
Dormis ſomnū Endymionis
Immodico ſomno te ſaginas.
Diuturno in ocio uerſaris.
Te plumæ nimiſquam effœminant.
Mollem feriatāq; agis uitam.
Inſtar uitæ Endymionis ſomnum tibi accidere putas.
Epimenidis ſomnum ſequeris quē aiunt quadraginta perpetuos annos ſomnū continuaſſe.

*Vituperaberis.*

Hoc tibi dabitur uituperio
Vituperationem ſubibis
Hoc tibi uitio aſſignabitur
Tibi hoc culpæ uertetur
Hoc tibi in culpam cadet.
In te recudetur faba
In te hoc uitium transferet, torquebiturq;.
Id paſſim magni probri uice obijcietur.

*Societas pulchra.*

Celebris hominū conuentus.
Præ-



Præclara hominū frequentia.
Concurſus hominū literatiſſimorum
Hominū celebriū conceſſus.
Cœtus hominum. Concio.
Ornatiſſima corona.

*Curas habeo multas.*

Diſcrutiant animum curæ
Hæc res innumeris curis animum meū uehementer angit.
Aerumnabili curarum rodor diſcrutio
Me mea cura coquit, uerſatq; in pectore fixa.
Aegraq; mens uarijs ſolicitudinibus.
Anxietudine multa afficior.
Multis curis ſum implicitus.
Diuerſis negocijs diſtringor.
Varijs diſtrahor curis
Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc & illuc rapitur.
Multitudine negociorū prohibitus ſum hoc facere.
Sum curis ingentibus æger
Varia curarum fluctuat æſtu mens mea.
Ingens me cura remordet
Implicitus ſum curis
Diſtrictus, inuolutus negocijs.
Intricatus, impeditus, illigatus, illaqueatus, obuinctus, diſpunctus, obſeptus, oneratus curis, oppreſſus, opletus.
Negociorum fluctibus obrutus.
Tot me impediunt curę, quæ animū meū diuerſe trahunt.
Ita altè diſtringor occupatione, ut neq; interſpirandi ſit locus.
Diuerſæ uocitant animum in contraria curæ
Negociorum mole obruor.
Multis ſtudiorum obruor laboribus
Multis negociorum undis in præſentia iactor, exerceorq;.

*Vtile.*

Non modicam ex hoc demetes frugem.
Hoc præcipuam adferet utilitatē.
Hoc feciſſe magnopere iuuabit
Multum adiumenti adferet
Multas ad res hoc conducet.
Non parū adferet momenti.
Non erit hoc infrugiferum
Plurimum tibi hoc confert
Nō uulgariter profuerit hoc feciſſe
Vtilitatem immenſam ex hac re accipies
Hoc tibi q̄ plurimū proderit.
Hoc non parum utilitatis eſt tibi allaturum
Hunc laborem experturus es minimè infrugiferum
Ad te ex hoc multa manabit utilitas
Hæc res non parum habet momenti

 Hic

Hic liber magno uſui futurus
Multo erit adiumento.
Magno adminiculo erit
Non mediocriter conducet
Cõmodũ erit hoc & ſalutare.
Commoditatis plurimum adferet
Erit ex uſu tuo
E re tua
Fructus habet non parum
Ampliſſimum fructum es conſecuturus.
Ex hoc uoluptatem non paruam, utilitatem uerò incredibilem es recepturus.

*Dixit breuiter.*

Hanc ſententiã mira uerborũ parſimonia perſtrinxit.
Breuiter enarrauit
Laconica uſus eſt breuitate
Pauculis uerbis cõplexus eſt.
Strictim hoc perſtrinxit
Laconiſmo delectatur.
Laconicam imitatur breuiloquentiam
Arctat orationem ad breuitatem
Aemulatur Laconiſmum
Rem iſtam paucis accipies.
Pauca de hac re carptim delibat Cicero
Paucis hoc exponam
Hanc rem curſim breuiterq́ attingam
Summatim hoc expreſſit.
De hoc quid ſentias, paucis explica.

Phaleratam, polylogamq́ ſuper hac re aſpernemur cõcionem.
Rem difficilimã ſtrictim, atq; curſim transgreſſus eſt.
Cicero eſt executus, quę penſiculate atq; enucleate ſcripta ſunt
Genus ipſum rei paucis tantũ uerbis notauit
Curſorijs notis inſigniuit.
Non incurioſe hoc percurrit.

*Quæro diligenter.*

Oculis emiſſitijs omnia perſcrutor
Curioſis oculis omnia contemplor
Non curſorijs uoluo oculis
Attentiuſcule ſenſa hęc eruo.
Oculis raptim perluſtraui.
Scriptores illuſtres properantius euolui
Libros ſanè q̃ multos uolutaui.
Scrupuloſius perquiſiui
Solerti indagine ueſtigaui
Diligentiuſcule perſcrutatus ſum
Solerter hoc excuſſi
Penſiculatius hoc euolui
Inſpectius rimatus ſum
Exactius perpendi
Scrupuloſius perſcrutor
Sedula diſquiſitiõe indagaui.
Curioſiſſime circunſpectabã.
Diligentiſſime penſitabam
Curioſius hoc introſpexi.
Satis



Satis inquiſite, ſatisq́; ſolicite hoc quæſiui.
Ad amuſſim, ſolerti'que induſtria hoc inueſtigabam.
Non incurioſe perquiſiui
Anxie ſolerterq́; diſpicio.

*Laborabo.*

Conabor. Adnitar.
Totis adnitar neruis
Totis uiribus agam
Studeo huic rei
Incumbam in hanc rem
Ad hoc inuigilabo
Animo connitar, & labore contendam.
Velis & remis eò contendam.
Velis equisq́; eò feſtinabo.
Sudabo uehementer in hac re (ut fiat.
Ad extremum deſudabo ſudorem.
Plurimum laboris in hac re exhauriam
Hanc rem arduam moliar.
Labore ſummo, luxu ingenti, ſumma ope, ſumma ui, adnitar.
Adlaborabo pro uirili parte
Quoad potero enitar.
Quanto potero ſtudio.
Labore uigilanti ad hoc enitar.
Pro uirili parte, totoq́; molimine, conabor aliquid conferre ad facultatẽ dicendi.
Toto contendam conatu.
Deſtinabo huc omnes meos conatus

Manibus pedibuſq́; connitar.
Totis neruis adlaborabo.
Totos conatus huc inflectam.

*Odi diſcordias*

A ſeditioſis factionibus ſum q̃ alieniſſimus.
Ab omnibus diſſidijs auerſus ſum, ſi quis alius eſt.
Nihil mihi commune cũ diſſidioſis ſeditionibus.
Factiones oẽs perhorreſco.

*Meminiſti huius rei.*

Aurem uellisti, ſeu uellicaſti.
Effeciſti me rei oblitæ memorem.
Memoriã huius rei refricaſtĩ
Quod ſemel exciderat animo quaſi poſtliminio in mentẽ reuocaſti.
Induxiſti celebrẽ mentionẽ.

*Tacuiſti de hoc.*

Hoc ſicco pede præterijſti.
Silentio prætermiſiſti.
Temere hoc tranſeundum putaſti
Hoc nube ſilentij obtexiſti
Hoc ſilẽtij uelarijs inuoluiſti.
Hoc omiſiſti, quod citra flagitium omitti non quibat.
Silentij uelo hoc contexiſti.
Hoc ſurda aure præterijſti.

*Adulator non ſum.*

Faceſſat à me aſſentationis ſuſpicio
Aſſentari neſcio, nec ſi ſciam uelim.

 Pal-

Palpum non obtrudo
Non ſum palpo doloſus
Relegaui popyſmata palliatę aſſentationis.
Nō delinio uiros palliatæ aſſentationis popyſmate.
Aſſentationis ſum expers.
Eſt enim indecora prorſus, & inhoneſta, adeò ut optimo cuiq;, & uulgaribus, ſit ſuſpecta.
Non palponem, neq; uaniloquum, neq; mercede cōductum, tuarum laudum buccinatorem audies.
Hæredipetis adulatior nullus
Non utor gnatoniſmis.
Non ſoleo gnatonizare
Nullus apud me fucis eſt locus nec aliud fronte ſimulo, nec aliud in pectore firmo.
Ab adulādi ſtudio ſemp tanq̄ inteſtino morbo abhorreo.
Adulationes Græculas ſemper odi
Non auribus indoctorum ſeruio.
Vt nullus in me eſt loliginis ſuccus, ita eſt candida, & ſine labe ſimplicitas.
Non ſum potentiorum foribus affixus.

*Amicus falſus.*

Tu ſpecioſa quædam, & popularia beneuolentiæ oſtentamenta deſideras.
Tua amicitia fucum habet, & quaſdam beneuolentię prę ſtigias.
Ineſt tuo amori ſola quædam facies, ſtrepitusq; fucatæ amicitiæ.
Tu amicitiam foues aſſentationibus quibuſdam indecoris, & optimo cuiq; maximè ſuſpectis.
Geris tecum pictæ tentoria linguæ.
Aliud habes in ore, aliud in pectore.
Ex eodem ore calidum ſimul efflas, & frigidum.
Ita leuis eſt apud te amicitia, ut uel leuiſſima etiam quaque aura fluctuet.
Scio te penitus nō tenere amicitię uim, quam quidem in animo cōſtituiſſe ſedes oportuit, & grauiſſimas ancoras fixiſſe, ut cōtra tempeſtatem omnium, uim illæſa & quieta maneat.
Tuis uerbis amicum te præſtas, cogitatione autē inſidias ſtruis.
Palàm beneuolentiam, occulte uerò periculū intentas.
Hoc genus tuorū ſermonum à mera beneuolentia q̄ longiſſime ſemotum eſt.
Inſyncera quędā charitas nos in ſuſpitionem maleuolentiæ raptauit.

Is



Is mihi crede nunq̄ ex animo fuit amicus.
Mihi cum illo diſcordia eſt.

*Pati hos labores non poſſum.*

Tanto faſtigio laborum non ſum par futurus
Importabili mole laborum premor
Succumbunt oneri uires
Cedere huic labori compeller.
Mediis conatibus ægre (rer. conciderem.

*Eſt ſemper grauis.*

Nunq̄ ſupercilium deponit.
Nunquam exuit uultum pædagogi.
Tetrica uerba nunq̄ deponit.
Nunq̄ non ſapit patruos.
Semper agit Areopagitam.

*Bonus theologus, & magnus prædicator.*

Vir eſt rei thdologicæ conſultiſſimus.
Sacras ad populum cōciones habet, tanta omniū admiratione, ut ad eum plenis undiq; uiis eatur.
Lepôre uerborum allicit, ſententiarum grauitate ſuſpendit, & concionis impetu atque uiribus flectit omneis.

*Doctus.*

Vir multiiugæ eruditionis.
Totius eloquētiæ cephaleoſis
Racemos uindemiæ oratorię ſuauiſſimos decerpſit.
Hic merces Latias, hoc eſt, literarū ſupellectilē, qua nihil precioſius, comparauit.
Hic repurgata linguæ uitiligine, omniq; deterſa barbarie optimas literas amplexatus eſt.
Hic non ſolùm diſertus, uerū etiam eloquens.
Literaturæ & doctrinæ nitidioris honeſtamēto nobilitatur.
Latinę copię genitor. (tatur.
Tu ſummę uirtuti literarū eruditionem ſemper adiūxiſti, unde factus uirtutibus, pariter & doctrina illuſtris.
Eſt acerrimus literarum propugnator, atque aurem (ut ait Perſius) mordaci lotus aceto.
Vir eſt Palladius.

*Fœlix.*

Oīa tibi ex animi decreto tāquam à Ioue nato ſuccedūt.
In gremio Iouis es.
Tu es uir multis calculis fortunacior.
Oīm homo fœliciſſim⁹, q promas de ſummo quoduis.
Si omnia tibi ſuccedant, ita eſt ut opto.
Superos precor, ut tuū gaudium, meumq; obſequium uelint eſſe fœlix.

F 5 Gra

*Gradum priſtinum recuperaſti.*

Tu priſtino faſtigio reſtitutus clarior illuſtriorq́ꝫ emerſiſti

Es in integrum reſtitutus.

*Iſte iuuenis eſt bonæ indolis.*

In puero hoc mirifica indoles uirtutis apparet, & ingenij lumen luceſcit.

Nihil in hoc iuuene ineptum, nihil improbum, nihil immodeſtum, non proteruior lingua, nõ inconſtans uultus, non aliquid poſtremò, uel in facie, uel in geſtu, uel in ſtatu, uel in inceſtu eſt quod offendat.

*Præceptor ſcripſit multa*

Multa ex ſecretarijs doctrinarũ abdita eruere, atq; exprimere elaborauit pręceptor.

Suo labore tam clarus eſt, ut ſcripta ſua omnium manibus terantur.

*Lege hæc quum fuerit ocium*

Cùm à ſerijs occupationibus fueris feriatus, hæc qualiacunque ſunt, translegere ne ſpreueris.

Hæc legas, dum à politioribus humanitatis ſtudijs iampridem feriatus ſis.

Cùm tibi à grauioribus ſtudijs ociũ ſuppetet hęc leges.

*Inuidos non timeo*

Linguæ ſauciãtis ſuſurros improbos negligo.

Facile contẽno, ſemperq́ꝫ contempſi ineptias maleuolorum, & nugas uerè dixerim abortiuas.

Cauillentur maleuoli & inuidi (non laboro) quibus nemo unquam uir bonus ac doctus caruit.

Tantum abeſt, ut inuidorum mortificationes me lædãt, uti ipſas quoq;, neſcio quo pacto, penè mihi ceu blanditias commendem.

Obtrectationibus, quibus nõ carent inuidi, audaciſſime reſiſtam.

Iſtorum nugiuendulorum naſum non reformido.

Frontẽ nõ metuo Catonianã

Linguam non metuo Timonianam.

Naſutos quoque naribus repandis.

Mordaces quoque rictibus caninis.

*Vitioſus*

Oĩa prorſus ut in quandã cœnoſam latrinam in ſuũ animum confluxerunt flagitia.

Eſt monſtrũ prorſus, imò ſcelus inexpiabile.





Non poſſum, aut tacere quæ de eo ſentio, aut non ſentire ea quę de illo debeant dici, in quo ueluti ſingula uitia reperiantur.

Non minutulam labeculã contraxit, ſed maximã labem, & quidem illuibilem.

*Amas literas.*

Et ſi ſummã ex literis ſoles capere uoluptatem, tibi tamẽ multiplicibus curis impedito, ſcio non ſatis eſſe quietis ut ad illas quantum cupis animum accommodes.

Eſt in te inexhauſta auiditas legendi, nec ſaturari potes.

Tuis in literis amor, humanitasq́ꝫ tua, & ſuauitas ingenij natura quadam uiuit & ſpirat.

Præcipuam uitæ uoluptatem in literis repoſuiſti

Vehementius, q̃ credi poſſit, gaudeo tuum in literis deſiderium indies gliſcere.

Ad honeſta ſtudia ſatis propenſus es.

Toto pectore bonas literas & earũ cultores tueris, foues, alis, ornas.

*Mones rectè*

Syncere conſulis

Mones amicè

Obiurgas amanter

Placidè admones

Ab inueterato errore reuocas

Elicis ex umbraculis in ſolem

*Eloquentia fuit perdita.*

Iacuit multos annos maieſtas oratoria

Squalenti quadã barbarie balbutiẽtes linguas, aſperauit inſcitia.

Oppreſſa fuit Rhomani ſermonis dignitas à tyrannide barbariei

Delituit Rhomanæ linguæ ſplendor inter Gothorũ & Vandalorum reliquias.

*Ne detrahas*

Verte ſtimulos tuæ linguæ

Comprime linguam, ne quid uelit loquatur.

Neceſſum eſt frena tuę linguę concutere

Sunt tuæ frena linguæ cohibenda

Reprimenda eſt petulantia tuæ linguæ

*Perfidus*

Te promiſſa non alligant

Credo te futilẽ, & nullius fidei, ut ꝓmiſſis nõ alligeris.

Pacta facis Locrenſia

Es fœdifragus

Perfidior Pœnis.

*Paucis dicam*

Paucis perſtringam

Non pluribus complectar

Ne Oreſtẽ deſcribere uidear.

Ne tædia generem
Ne prolixa rerum ambages tædio ſit
Ne ſim prolixus ſubticeo.
Finem impono
Finem facio dicendi

*Faciamus, quod dicunt, bonum uultum.*

Lautiſſime uiuamus
Epicureos agamus
Iste dies genialis agatur
Viuamus nobis
Indulgeamus genio
Cibis opiparis inſeruiamus
Baccho ſacrificemus
Vina coronemus.
Bellos homunculos agamus.
Exporrecta fronte ueſcamur.

*Homo eſt indoctus & nihili.*

Educatus in Scythicis agris.
Pater tibi Scytha eſt
Nihil à Vandalis differs
Non alienus à Gethis
Ne latum quidem unguem ab abſcedarijs deſciſcis.
Es rus merum
Pura negatio. Merũ nihil.
Homunculus ex Caria es.
Nemini non amuſus cenſeris
Arcadicum pecus
Ridiculum caput
Sus Bœotica
Proiecta uilior alga
Sardois amarior herbis
Tua eſt carica muſa.
Immerſus Getico barathro.
Ruſticano es ingenio.
Artem culinariam, non oratoriam imbibiſti.
Literas uidiſti ſolùm per tranſennam.
Guſtaſti tanq̃ canis è Nilo.
Muſas à limine nondum ſalutaſti
Nouitius es miles Palladis.
Rudis Apollinis tyro
Pedem nondum ex inſcitiæ tenebris exeruiſti
Cymmerijs tenebris implicitus es
Non magis q̃ qui nil ſapit
Videris obſtrepere ueluti anſer inter olores
Cuiuſcunq; diſciplinę nomen ementiris.
Vulgus nebulonũ incultum.
Subagreſti & infeſtiuo ingenio es.
Aſinus ad lyram

Illotus Indoctus
Agreſtis Senticoſus.
Infeſtiuus Aſotus
Inconcinnus. Expers.
Spinoſus Exors diſciplinę
Triuialis Inexpertus
Protritus Indoctus
Rudis Ridiculus
Semitarius Scurrilis
Ieiunus Ruſticanus
Sordidus Inurbanus
Vulgarius Aridus
Vulgaris Incomptus.
Aeſopicus Interſus

Ple-



Plebeius Diſcinctus.
Horridus. Inſulſus.
Aſper Illepidus
Squalidus Inſipidus
Incultus Incongruus
Amuſus Inelegans
Infacundus.

*Benignus.*

Tanta eſt facilitate, ut quem exaſperauerit neminem reperias, quippe qui cùm beneuolus in omneis, tum liberalis & magnificus.
Tua genuina dulcedo guſtum in literis parit
Tua eſt mihi humanitas pro clypeo & muro cõtra liuoris impetus.
Mihi tua eſt humanitas cognita, & explorata facilitas.
Diſpeream, ſi quid tua beneuolẽtia unq̃ in uita contigit mellitius.
Nihil humani à te alienũ puto.
Eſt ſociata tua exacta eloquentia infinitæ propè humanitati ac modeſtiæ.
Mira in te comitas, lepor multus totam mentẽ afflauit.
Es deo cuidã terreſtri ſimilis.
Clara fronte, & reiecto ſupercilio te omnib[9] paſſim exhibes.
Te uno nihil habetur humanius, nec eruditius, nec melius.
Hoc nihil candidius, benignius, potentiusq;.
Noſtras diligit hic amatq; nugas.
Hic patrocinio me fouet
Agit hoc homo gratijs natus humanitate mortales omneis albis (ut aiũt) equis pręcurrẽs, cuius nimiã ſimplicitatẽ propè incredibilẽ oratione, etiam re experior.

*Doctus.*

Vir eſt fœlici ingenio, acri iudicio, multa facundia, diſciplinarum denique omnium ſcientia præditus.
Eſt abundè in ſtudio eloquentiæ promotus
Iam ad ſummum utriuſq; linguæ faſtidium prono gradu contẽdis, ſic ut inter doctos conſpicuus, digito monſtreris.
Tuum nunquam in literis bonis ceſſauit ingenium, nec errauit ingenium.
Literas pacis alumnas ab iniuria ſcilicet, & indignatione uindicaſti.
Tantum in literis progreſſum feciſti, ut cũctos fermè, quicunq; literis ætate tua claruerũt, habere merueris laudatores.
Ita doctus es, excuſſus, ingenioſus, ut in te nihil expoſitum, nihil uulgatum ſit & triuiale, ſeu uerba, ſeu ſen-

ten-

tentiam ſpectes.
Vir eſt, mea ſententia, noſtro
æuo omnium literatiſſim⁹.
Vir eſt ingenij excellẽtis, acer
rimiq́; iudicij, & exquiſitiſ-
ſimæ doctrinæ.
Tantus es in literis, ut te mihi
ſemper ad imitandum pro-
poſuerim.
Ruinoſis & nutantibus lite-
ris, imò propemodum caſu-
ris, perbelle ſuccurriſti.
Ruentibus in præceps diſci-
plinis, ſummopere, & mira
ſolertia proſpexiſti.
Cadenti, & interitum minitã-
ti rei literariæ, pulchrè con
ſuluiſti.

*Vale.*

Vale Muſarũ patrone, & ani-
mulũ meũ in delicijs habeas
Vale, neq; in amicorum ratio
nariũ me inter poſtremos
refer.
Vale, & fixus tuo cordi traba
libus clauis hæream.
Vale literarũ magne arbiter,
imò cenſor, imò aſſertor.
Vtinam tibi ſuperata tellus
ſydera donet.
Interim in terris uiue diu.
Bene ualeat reuerendiſſima
tua dominatio, cui me totũ
dico, dedicoq́;.

*Laudant te omnes:*

In te laudis aceruos oẽs extru
unt, & in te uno omniũ diſci
plinarum conſummatã glo
riam conferunt.
Oẽs & tuam doctrinam & eru
ditionem admirantur, præ-
dicant, atque in cœlum fe-
runt.
Te oẽs decus Campaniȩ, te ſo
lem & lunã faciũt, & ſplen-
didiſſimis titulis ornant.
In tuis uirtutibus, liberis ue-
lut habenis apertisq; eloquẽ-
tiæ campis, expatiantur.
Omnes tuȩ uirtutis perſuaſio-
ne, ac eruditionis lepôre du
cti, te laude multa dignum
cenſent.
Omnes ingenium tuum ſuſpi
ciunt, & doctrinam ſingula-
rem tuam mirificis laudib⁹
perſequuntur.
Oẽs teſtimonium reddũt am-
pliſſimum perfectæ laudis.
Virtutis tuæ conſtans opinio
in omnium pectoribus ui-
uit, omniũ linguis celebra-
tur.
Omnes tuas uirtutes unà cum
uocis eloquio, uel immorta
li cantu ſacris implent præ-
conijs.
Gratiæ plurimum & autorita
tis apud omnes cepiſti.
Tantæ laudes in te conferun
tur, ut uix ullas feceris, alijs
reliquas.
Publicæ famæ præconio com
men-



mendaris.
Nemo extat, qui grata oratio
ne tuas laudes non cupiat
celebrare.
Non niſi accuratis, magnaq́;
& olei & ſomni iactura, elu
cubratis laudibus ueheris.
Omnes tuo ingenio penè cœ-
leſti, eruditione ſingulari,
iudicio longè acerrimo mul
tum tribuunt.
Tu ſemper publicæ famæ præ
conio es commendatus.

*Volo tibi gratificari*

Adiuuabo te pro uirili
Si qua in re poſſim tibi gratifi
cari, omnia polliceor.
Te omni genere officiorũ pro
ſequar, quantũ par fuerit.
Omni genere officiorũ debeo
te proſequi.
Si quid erit negocij, in quo
ſeruuli infimi opera nõ gra
ueris uti, mandes ac præci-
pias.
Nullus eſt in orbe princeps,
cui magis ex animo cupiã
gratificari q̃ tibi.
Si quid erit, in quo tibi queã
gratificari, ſenties hominẽ
ad obſequendũ promptiſſi-
mum.
Tibi profecto lubens, ſi quid
poſſum, benefecero.
Scito nihil pinde in uotis eſſe,
quàm ut liceat tuȩ amplitu-
dini, quocunq; officio grati
ficari.

*Laudabo te*

Ipſe tui tibicen ero, & in effe-
rendis tuis laudibus gloria
bor.
Nihil potius habiturus ſum,
nihil mihi magis præcipuũ
ducam, q̃ te prȩdicare, tuum
ingenium tum publicè, tum
priuatim pleno ore efferre,
& apertis (quod aiunt) tibi-
is palàm decantare.
Vindicabo ab obliuione tui
memoriam
Reddam tuam famã (quæ eſt
non uulgaris) nomenq́; tuũ
ab obliuionis rubigine ex-
emptum.
Tua ſummopere uirtus, inge
nijq́; dotes à me extollunt.
Tantus ero tui admirator in-
genij & gloriæ, quantus po
terit eſſe alius quis.

*Laudaberis*

Durabit ad poſteritatem tua
uirtus
Putarem te ex Iouis aula ad
homines deductum, aut de
naturæ adytis erutum.
Tuæ uirtutes in ſtuporem po
ſteros deducent.
Viues ipſe, & per hominũ ora
uolutabis.
Tu unus omnium laudes ex-
hauries

Ne-

Nemini dubium eſt, quin tibi omni laude præſtanti uiro multi honores iampridem dignitatesq; debeantur.

Quod huic tua celſitudo candidè faueat, mulum gratiæ multũq; laudis tibi paris.

*Confugiunt ad te omnes.*

Fit frequens concurſus ad te.

Te uelut patronũ, & ſpei ancoram omnes conſpiciunt.

Sanctiſſimis pedibus tuis ſeſe omnes aduoluunt.

Conuentus ad te clarorũ hominum ex omni patria celebres fiunt.

*Garrulus*

Verbis ſuis intempeſtiue laſciuire ſolet

Coruus eſt Apollinis

Indigna luminibus non ueretur effutire

Hic moleſtis quæſtiũculis alios obturbat

*Faues mihi.*

Aſſolitus es reb⁹ meis fauere.

In me fuiſti ſupra meritũ indulgentior, nec ideo ingratum me exhibebo.

Mirum quantopere tua mihi arriſerit dominatio, & q̃ impenſe mihi faueat.

*Friuola.*

Dicis nõ aliud, quàm merum mendacium.

Mera eſt impoſtura

Merum præſtigium.

Fallax uerborum gannitus

Portenta uerborum

Monſtra uocum

Incondita deliramenta

Mulierculatum neniæ

Prodigioſa figmenta

Seniles fabellæ

Ad forũ excogitata hæc oĩa.

Anilia errata

Pueriles nugæ

Nugalia omnia

Alcinoi apologus

Aeſopica ludicra

Rapſodia ſquallida

Dicendi farrago illiterata.

Antiqua, inuſitata

Exautorata.

Exotica.

Puluerulenta. Vandalica.

Ante tapetum efficta, putria.

Gethica

Anteq̃ Theognis naſceretur adducta. Barbara.

Videris mihi cum matre Euãdri fabulari.

Indigna auditu

Repetis hæc omnia à ſeculo.

Ab origine

Hæc commentitia ſunt

Aſcriptitia. Adiunctitia.

Ab omni uirtutis tramite exorbitantia.

*Nihil ſcis.*

Nondum proluiſti ora Caballino fonte.

Non tibi Gorgoneis mens fuit



fuit uncta uadis.

Fonte nec Aonio pectora tincta lacu.

Non tua Caſtalias coluêre poëmata lymphas.

Nunq̃ Phocaicum nec tetigere lacum.

*Vaniloquus.*

Inanes iſtas quaſi nebulas nõ argumentorũ, ſed leuiſſimarum ſuſpicionũ depelle, ut quæ nimis defluunt.

Habet inſulſiſſimas nęnias ꝓ oraculis

Inconſiſtentia, & ſeſe undiq; eludentia loqueris, & non unis Anticyris digna.

Eſt tuum dictum nebula uanius in pariete picta

*Scribere ad te non audeo.*

Pudor me prohibet, hominẽ tenuis fortunę, nullius que propemodum autoritatis, literas dare.

Neq; ego ad te ſcribere auderem, niſi incredibilis tua humanitas literas mihi ex intimo corde, quodam quaſi ſuo iure extudiſſet.

Tuas ingenteis laudeis ſpacijs incluſus iniquis attingere nõ audeo, ſatius ratus fari nihil de illis, quàm parum aut frigidè dicere.

Impudẽtiæ culpam deprecor, quod tantulus ego ad tantũ heroa ſcripſerim.

Non auſus eram te meis literis laceſſere.

Subuerebar hac manu tibi ſcribere, qua ſoleo cogitationum celeritatẽ æquare.

Ego alioqui modeſtus, imò timidus, & mihi parũ fidens, uereor ad te ſcribere.

Nec fortuna mea, nec eruditio, nec ulla omnino uirtus huiuſmodi eſt, ut licitum mihi putem ſcribere ad te.

Vereor tibi benigniſſimo, ſed omnino plurimis maximisq; negocijs occupatiſſimo, ſcholicis nugamentis (qualia noſtra ſunt) obſtrepere.

Nõ auſus eram doctiſſime N. te meis literis laceſſere.

*Deuinctus ſum tibi.*

Sum obnoxius

Tibi tantũ me debere intelligo, quantũ nunq̃ ſim perſoluturus, etiam ſi me oppoſuerim pignori, aut bonorũ omniũ meorum, atq; ipſius capitis fecerim auctionem.

Tantum tuæ debeo humanitati, ut nullis officijs, nulla opera, labore, induſtriaq; mea poſſe uidear ſatisfacere.

Ea cauſa, me tibi plurimũ debere intelligo.

Si mihi conſilium foret, tua

in me merita enumerare, Iſthmon profecto fodere mihi uiderer.

Ipſe tibi id totum debeo, qđ mihi tribuis, pręſertim cũ id mihi ipſe nullo pacto deberes.

In me unum innumera officia agminatim glomeras.

*Omnes te laudant*

Gratiæ plurimum & autoritatis apud nos cepiſti.

Tantæ laudes in te conferuntur, ut uix ullas feceris alijs reliquas.

Extat ad poſteros perpetuum doctrinę beneuoliq́; animi teſtimonium

Maxima ſunt tuarũ laudum apud omnes præconia.

*Doctus*

Tibi flori illibato ingeniorũ in literatorꝭ conſeſſu, primi gradus aſſignantur.

Dicta tua te doctiſſimum eſſe teſtantur, facta humaniſſimum.

Tu in oratoria ac poëtica facultate eminentiſſimũ obtines locum

Eſt tibi os mellea ſuauitate oblitum

In tuis ſcriptis uideris numeros omneis humanitatis compleuiſſe.

Vir es ad omnia magna & honeſta natus.

Magnos feciſti in literis progreſſus.

Vir es in literis magnæ quidem celebritatis & autoritatis.

Tanta eſt tua in literis claritudo, & æſtimatio, ut nemo te non ſuſpiciat.

In te ſeſe diſciplinæ illæ oẽs, tantæ tamque multiplices explicuerunt.

Scimus te Ciceronianę facundiæ intermorientis maximum aſſertorem.

Vir eſt incõparabilis memoriæ, & infinitæ penè lectionis.

Nũc à te Quirinalis facundia (quę Gothicũ neſcio qđ & Vandalicum ſapiebat) proſperiore fortuna decorat.

Tui eminẽtiſſimi ingenij acies extra aleã eſt collocata.

Popularis homo non eſt.

Optimus eſt literarũ cenſor, præſes, princeps, Rhomaniq́; eloquij moderator.

Tu primæ claſſis facile princeps ingeniorum, & literarum anteſignanus, ac primipilaris es.

Tu extra totius doctrinę aleam poſitus de Gothis ingenuè triumphaſti.

Te Muſarum quidem propè diuinitas extra ictum, ſupraq́;



praq́; iniuriam poſuit.

Nil proculcatũ, ueluti q́; in medio iacens loqueris.

Es uir acris ingenij, multæq́; in literis induſtriæ, Latinę linguæ diligẽtiſſimus, Græcę nõ incurioſus, non proſam condere abſurdus, nõ carmen.

Tu primam in literis celebritatem uendicas

Homo eſt utriuſq́; linguæ doctiſſimus, omniumq́; literarum humaniorũ quaſi lautitiarum ſtudioſiſſimus.

Vir præter mores candidiſſimos, utriuſq́; literaturæ peritiſſimus.

Homo non indoctus, & ingenio acerrimo.

In omnibus honeſtis diſciplinis ita iam olim eſt abſolutus citra ſupercilium, ut nõ uideam quem cum eo conferre queam.

Homo eſt doctus, ac mirè candidus, & (quod precipuum eſt) in ſtudijs ſani pectoris.

*Legi tuam epiſtolam*

Perlegi oppidò q̃ lubens literas illas, quas ad me nuperrime dediſti.

Legi tuam epiſtolam, uerbis ſuis & concinnitate adeò abſolutam, ut planè appareat Muſis eam dictantibus fuiſſe exceptam.

Legi epiſtolam tuam ſonorã, plenamq́; lætæ indolis.

Legi epiſtolam ita examuſſim perfectam, & ad ſummum abſolutam, ut ne ab liuore quidem iure ualeat reprehendi.

Quas ad me miſitaſti literas, auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiẽs.

Tua eſt tam elegans epiſtola, ut indefeſſum lectorẽ, uno propè decurſu à præfatione ad extremam illam coronidem traducat.

Tuam adeò admiratus ſum epiſtolam, ut ſtupore quodam altera dubitarem fieri Niobe.

Epiſtolam abs te accepi hymettio melle, & omni nectare dulciorem.

*Laudo te.*

Sum & ero tuarum laudum, ſi non idoneus, ſaltem beneuolus buccinator.

Te ſemper ingenij, diſciplinarumq́; merito pluris facio.

De tuis moribus, adde & eruditione, optimè ac magnificè ſentio.

Ad ingenij uires periclitãdas te laudabo.

Fauebo certè tuis laudibus, omniq́; (ut aiũt) pede in te

honeſtando conſiſtam
Laudes in te multas ore uno congeram
Profiteor me identidem eſſe præconem & buccinatorem tuæ ſingularis eruditionis.
Ero acerrimus tuarũ laudum propugnator, quanq̃ nondum uelitis functus officio.
Homericam tuam Muſam miris in cœlum laudibus extollam.
Tacere tuas laudes non poſſum.
Ego tuam arcanam multiplicis diſciplinæ copiã ita amplector, ut admirer, & commendare non deſinam.
Implebo populum laudibus, ac meritis tuis.
Meum ſtudium erit tuas laudes encomijs celebrare.

*Inuidos habes.*

Multi tuę fœlicitati inuident.
Scio te à liuidulis fortaſſe notatum iri.
Video uirus hoc obtrectationis indies latius ſerpere, & letalius reddi.
Sibilant nonnulli in te Zoili.
Laudes quas tibi quorundam ſtudium, & candor tribuit, non leui te onerant inuidia.
Pro tuo officio ſummam inuidiam undiq; contraxiſti.

*Familiaris*

Fruor conſuetudine præceptoris, uiri nunq̃ ſatis laudati, cuius doctrinæ imitatione ſummum ſapientiæ culmen attingere potero.
Nullius unquam cõſuetudine ſum magis, q̃ præceptoris, delectatus.
Cum præceptore familiaria commercia miſcebo.
Ruſticatus ſum quãdoq; cum præceptore deniq; familiarius egi.
Præceptoris familiaritate nõ alienor.

*Aegrotus*

Aduerſa ualetudine laboras.
Egiſti diſpendium bonæ ualetudinis
Morbo febrili ad deſperationem uſq; medicoꝝ laboras.
Non ſatis uigilaſti ad tuendã ualetudinem
Tua inproſpera ualetudo multis laboribus non ſufficit.
Tua ualetudo nõ pauciſſimis morbis eſt obnoxia
Te morbus prorſus exhauſit

*Teſtes adducam*

Non pauculos teſtes, neq; eos tibi nõ domeſticos citabo.
Non ſurdis in hac re agam teſtimonijs
Satis grauius teſtimonium de hac re, & rationem ualẽtiorem exhibebo.





Non ſaltabo in tenebris

*Habes magnam autoritatem.*

In te & autoritas, & ſapientia tanta uiget, quanta uix in alio unquam.
Homo eſt ſummæ dignitatis, autoritatis, gratiæ, multũ'que de nobis meritus.
Tua autoritas nunq̃ uacillat.
Tam ad alta tua progreditur autoritas, ut caput ad ſydera tollat.
Vir es nõ deſpicabilis, nec abrogandæ fidei, & non dilutæ autoritatis.
Summa eſt tua apud regem autoritas
Scio quantũ tua apud regem ualitura ſit autoritas

*Componis egregiè*

In tua oratione maieſtas quędam linguæ continetur, & ſanctitas.
Inueni in tua epiſtola nõ ſellulariam, ac triuialem doctrinam, ſed qualem Marci Catonis.
Tua ſcripta incorruptæ uetuſtatis indole cẽſentur
Tam literas expolitas ſcribis ex tẽpore, ut facile ſit diuinare, quale ſit quod domi per ocium adornaſti.

*Eloquentia uigebit*

Nunc ueteres illę Gothoꝝ reliquiæ exulare incipiunt, herbamq; Latino candori porrigere.
Nuſquam gentium non conſpiratur ad profligendam barbariem, perq; enſes & per ignem ad id negocij irruunt omnes.
Spero ſane omnes Vandalico morbo laborantes propediem talaria induturos, haſtamq; cũ clypeo relicturos

*Malè componis*

Eſt tua epiſtola incõdita, inelìquata, indiſcuſſa, nõ rotunda, nec bene tornata.
Sunt tua dicta ſane q̃ frigidiſſima, quę (ut ille Martialis ait) Neronianas thermas refrigerarent.
Eſt tua tortuoſa oratio & tergiuerſans

*Profuiſti rei literariæ.*

Tu inter oẽs inſcitiam quotidie inualeſcentẽ profligaſti, quam ſemidocta ſedulitas cum magna perſuaſione ſine detrimento nõ uſui aduexerat.
Tu ex ipſis autorũ uiſceribus Iocos Veneris pleniſſimos & lepôres eruiſti.
Tu uerborum lenocinijs non emolumentũ modò ſtudioſis, ſed uoluptatem peperiſti minimè uulgarem.

Tu iã barbariẽ magno ueluti paſſu gradientẽ, prorſusq́; iã ferocientẽ compeſcuiſti.

Fuiſti barbariei hoſtis acerrimus.

*Imponam finem.*

Adornabo libellum ſua coronide, nihil omnino irrepercuſſum relinquam.

Finem rei imponam, ſi modò Muſæ melius fortunent ſtudia q̃ hactenus rem fortuna

*Nolo laudari.*

A meis laudib⁹ tempera, cùm nullas iure demeruerim.

Tam immodicæ laudes, neq; meo pudori, neq; mediocritati conueniunt.

Ex laudibus, quas in me effundis, nihil decerpo pręter animum meo nomini impenſe fauentem.

Laudes non agnoſco, quas mihi candidè magis q̃ uerè tribuis.

*Non poſſum tibi referre gratiam.*

Quod nullã tibi, tuisq́; meritis gratiã referre queam, eſt cur in immenſum doleam.

Animo meo nullũ unq̃ incommodum accidit acerbius, q̃ quod nunc tibi, cui immenſam gratiam debeo, ne mediocrem quidem referendi ſuppetat facultas.

Doleo me tantã tuam in nos humanitatem non poſſe ex æquo reponere.

Ego fatis meis iraſcor, maléque precor, quòd hac conditione me naſci uoluerũt, ut tua in me beneficia, ne minima quidẽ ex parte poſſum remetiri.

Grauem fortunæ perſentiſco iniquitatem, cùm & ardet animus referre gratiã, nec poſſum.

Moleſtius opinione fero, tam immenſum eſſe, quod tua in me cõtulit humanitas, exiguum uerò & exile, quod mea tenuitas poteſt.

Quis uel opulentiſſimus tantis meritis gratiam parem referret?

A me tantis beneficijs talio rependi non poteſt

Quid tibi debeam uideo, ubi uerò de referendo (ut par eſt) incipio cogitare, tũc ratio accepti atq; expenſi nequaquam conuenit.

Ego quibus uerbis iſti tam prompto, tã liberali in me animo gratias agam, non reperio.

Quib⁹ tandẽ uerbis, pro hoc tuo erga me animo gratias habiturus ſim neſcio.

Qua digna ratione tam honorificam benignitatem tuã cele-



celebrem?

Qua remuneratione dicendi merita tua ęquiparem, non dum reperio, quod ſedulo commẽtabor, dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.

A me nullas officij uices poſſis ſperare.

Non occurrit formula, qua tibi gratias agam

*Compenſare non poſſem.*

Ego ſi me tantũ, quãtus ſum, pignori oppoſuero, nulla ex parte poſsẽ ſoluẽdo eſſe.

Ego ſi ampliſſima, planeq́; regalia munera reponerem, fateor me tuis beneficijs imparem eſſe.

Tanta ſunt tua in me merita, ut quantamuis dicendi copiam ſuperent.

Præſtantius eſt id, q̃d in nos contuliſti, q̃ ut uel Crœſus ipſe, ſi uniuerſas opes exhauriat, par eſſe poſſit, aut ſi mihi fontes aurei (ut poëtæ fabulantur) domi ſint, aut Pactolus aliquis, aureas uoluens arenas.

Nemo quiſq̃ tam magnificè dicere poteſt, quod non ad tuam in me humanitatem exile uideatur.

Duobus uincor modis, quia nec gratiam referre ullam, nec agere pares gratias poſſum.

*Ero memor tui.*

Tuorũ in me beneficiorũ memoria nunq̃ conſeneſcet, intercidet, emorietur.

Id q̃d eſt unũ opis noſtræ facere non deſinã, nempe agam pro uirib⁹ ut ingratus omnino uideri non poſſim.

Quicũq; me terrarũ angulus eſt habiturus, tuorum in me beneficiorum memor ero.

Teſtari uolui, me nec eſſe adhuc, nec futurũ unq̃ immemorẽ humanitatis, qua me nihil promeritum tua dominatio eſt proſecuta.

Tui apud me nunq̃ eſt interitura memoria

Nunquam antiquanda eſt nominis tui gloria.

Ab animo nunq̃ abfuit monimentum amoris in me tui.

*Honorant te omnes.*

Iure tuæ humanitatis tibi cõtigit, ut nemo te non admiretur: nec admiretur ſolùm ſed etiam amet.

Qđ oẽs te admirãt, in cauſa eſt tua ſingularis humanitas

Efficit tua ſingularis humanitas, ut à nemine quoquam non diligaris.

*Inuidos dimittamus.*

Blaterones iſtos tanti omni-

no faciamus, quanti culicẽ elephantus Indicus.

Inuidorum uirulentas obtrectationes non moremur.

Non degrauemur obtrectatorum calumnijs

De negligendis blateronibus ſuoq; morbo relinquẽdis, & prudenter, & amicè conſulis.

Decreueram ultro inuidię cedere.

*Amas me.*

Me tibi ſpes fortaſſe nonnulla doctrinæ, uel opinio potius conciliauit.

Me, licet immerentem, ſingulari fauore complecteris.

Si gratiam tuam iniero, planè triumpho.

Mei nominis es ſtudioſus.

Verbis conſequi nequeam, q̃ mihi gratus ſit tuus in me tam propenſus animus, & utinam affectibus tuis reſpondere liceret.

Immoderatis affectibus me proſequeris.

Nemo (fateor) unq̃ ſyncerius aut conſtãtius, amauit quẽuis amicum, quàm tu me amas.

Tanta eſt tua in me benignitas, ut rubor planè quidã oboriatur, cũ animo repeto, tanta me à te beneficẽtia cumulatum, de quo nihil unquam ſim meritus.

Nihil mihi poſſet accidere iucũdius aut honorificẽtius, q̃ in amicorum tuorũ numerum adſcribi.

*Amo te.*

Sum tuæ amicitiæ cultor, ut ſynceriſſimus, ita longè tenaciſſimus.

Tam ſynceri hominis conſuetudine delector

Tibi etiam atq; etiam perſuadeas uelim nihil eſſe uno me tui amantius, nihil tibi deuotius.

Te uno neq; quicquam charius mihi eſt, neq; literatius quicquam

Tu ob hoc ipſum redamari dignus es, quod me amas impotentius.

Ne pilo quidem mihi es ingratior.

Certè, quod ad animum meũ attinet uix in toto orbe eſſe puta, qui de te aut ſentiat magnificentius, aut prædicet honorificentius.

Animum erga me tuum tam amantem, ac propẽſum amplector, atq; exoſculor.

Tacito quodã, ac arcano ſenſu mentis, ad te obſeruandum impellor.

Declaraturus ſum quantopere celſitudinem tuam, & ſuſpiciam, & amem.

Illud



Illud non dubitem per omnia deierare, neminem hic eſſe, qui de tuo ingenio, ac eruditione candidius ſentiat, aut honorificentius prædicet, q̃ ego.

Oſculor tuum animum, mihi iam olim & perſpectum, & exploratum.

Nihil mihi tua conſuetudine in uita contigit gratius, nihilq; ſuauius.

Difficile dictu fuerit, quantus cumulus meo in te amori acceſſerit.

Hoc unũ tibi perſuade, neminem uiuere, q te magis ex animo amet, q̃ tuus N.

*Rem gratam facis.*

Quòd res meas tam officioſe curas, deamo te, & gratiam habeo plurimam.

De hac re non uulgarẽ habeo gratiam, referet aũt is, qui pietatis officia multo cum fœnore ſolet remetiri.

Rem feceris mihi uehemẽter gratam

Rem feceris erga me non parum officioſam

Iſtud mihi inter plurima tua in me beneficia non ingratiſſimum fuit.

*Studet*

Toto pectore in arcanis literis libenter uerſatur

Dies uitæ ſuæ omneis in literis inſumit.

In ſtudio literarum oẽs conterit annos

Gratijs & Muſis ſacra facit.

*Dedico tibi hunc librum.*

Patere, obſecro, tui celeberrimi nominis titulum operi meo, uelut facem quandã prȩlucere.

Hoc tuo nomini proprium ſeruo

In mentẽ uenit hoc appoſitiſſime me tibi dedicaturũ.

*Erit memoria de te.*

Ipſe tibi tuis ſcriptis extruxiſti monimentum ære perennius.

Tu fac, ne ignoret uel meum erga te iudiciũ poſteritas.

Vir es cum primis inſignis, & æterna memoria hominũ commendatus.

Tuum nomen ęternę hominũ memoriæ uis dedicare.

*Vale.*

Vale humanitatis & probitatis exemplar

Vale, & N. eruditiſſimum elegantiſſimę atq; ampliſſimę ſpei adoleſcentem, nomine meo ſaluta.

Vale, tibiq; incepta deus optimus ſecũdet, & cum receſſeris à uiuis, is autor contingat & conſors.

Vale oim eruditiorum ſchola
doctrinarum, & ſeminariũ
uitæ rectæ.
Vale bonaꝝ diſciplinaꝝ ſpe-
cimen, meq; amare perge.
Vale amice, mortalium, quos
hactenus expert⁹ ſum, can
didiſſimè.
Vale amicorum doctiſſime, &
doctorum amiciſſime.
Bene ualebis ornatiſſime præ
ceptor, & me cliẽtulum ti-
bi toto pectore deditiſſi-
mum ita ut ſoles amabis.
Valeat tua ſumma paternitas
cui me quantus ſum nuncu
po, dicoq;.

*Has literas ad te mitto.*

Has ad te do literulas, quas
ob ſubitam importunitatẽ
cuiuſdam illuc proficiſcen
tis exaraui.
Facio ad te hanc literaꝝ miſ-
ſiculationem, ut mei inge-
nioli deguſtationem tanq̃
aliquam accipias
Has ad te mitto literas, quæ
tamen ad exactiſſimæ tuæ
eruditionis officinam ſeſe
uerecundè conferunt.

*Placuerunt mihi literæ tuæ.*

Illexit me ſuauis odor uerbo
rũ tuoꝝ plane Ambroſius.
Epiſtola tua myrothecij con-
dimentis imbuta ita palatũ
irritauit, ut quaſi helluo ali
quis, uix comeſas epulas tã
lautas deuorauerim.
Sum ſaccaro multoq; nectare
epiſtolæ recreatus
Tuæ epiſtolæ prima frons, &
iudicium me plurimum in-
citauit, ut omnem deuora-
rem.
Tanti mihi fuit tua epiſtola,
ut nulla fuerit mihi cha-
rior.
Maior eſt atque ſuperior tui
epiſtolij feſtiuitas, quàm ut
illi credam me ſatisfacere
poſſe.
Tuæ literæ marcentem quaſi
ſtomachum excitarunt.
Quas abs te nuper accepi lite
ras, ita gratas habui, ut me
ab illis putem immortalita-
te donatum.
Tuæ literæ nauſeoſum ſtoma
chum refecerunt, & omne
quaſi faſtidiũ abſterſerunt.
Nõ poſſem facile cõſequi uer-
bis, quantum mihi epiſtola
tua pariter & admiratio-
nis attulerit & uoluptatis.
Scriptorum tuorum genio u-
nicè delector.
Tua me indoles rapuit
Quò magis præter ſpem acci
derunt, hòc longè gratiores
fuerunt literæ tuæ.
Epiſtola tua apprimè iucun-
da



da fuit, quæ tantum mihi
peperit lætitiæ.

*Stude.*

Perge exercere uires in Mu-
ſarum ſtudio (ras.
Aſſueſce à tenero amare lite-
Fac ſtudeas, ut ab omni obli-
uionis iniuria te uindices.
Tu modò maximo animo in
honeſtiſſimas literas incũ-
be, ſimulq; doctos uiros fo-
uere perge.
Veram eruditionem cum mo
rum integritate coniunge.
Puriſſimis moribus puras ad
iunge literas.
Obſerui Muſis Latialibus, qui
bus cum Græcitas etiam ſit
oportet.
In epiſtolis bonam ſtudij por
tionem contere.
Tu fac te ſacris literis oble-
ctes abſq; contentione.
Tu perge tuã ætatẽ florẽtem,
atq; indolem nõ uulgarẽ, in
ſanctis ſtudijs exercere.
In bonarum artium ſtudijs te
exerceas, ne tuum ingeniũ
natura hebes, nihil agendo
ſitu penitus obducatur.
Omiſſis huiuſmodi nenijs, ob
lecta te ſanctis ſtudijs, & phi
loſophia Chriſti, quæ gau-
det bonis, & tolerat malos.
Quod datur uacui temporis,
impende honeſtis ſtudijs, &
euoluendis autoribus.
Fac ut teipſum præbeas, & in-
culpatis moribus uirum, &
ſedulum ac diligẽtẽ opti-
marum literarum profeſſo-
rem.

*Es indoctus.*

Tibi ſermo repugnat
Homo es tenuiſſimę fortunę,
neq; multę admodum literæ
turæ.
Infœlici natus es Muſarũ par
tu, & adulterino.
Es profanus, & Muſarum pro
cul à limine.
Homo es infimæ claſſis, & po
ſtremæ tribus.
Vir es, triuialem aliquam elo-
quentiam doctrinamq; con
ſecutus.
In pernicioſo Latinæ linguæ
naufragio enatas.
Es bonarum literarũ expers,
inſperſus puluere inſcitiæ.
Noctuinos oculos, & in ſole
caligantes habes.
Latinæ linguæ ſobrius imita-
tor.
Nullam habes phraſim & lin-
guam loquendi
Tu ne quidẽ inter mediocris,
infimæq; eruditionis uiros,
locum dignum ſortiris.
Te quid abſurdius, aut incon
cinnius, an quæſo uno aſſe
quippiam aſſequatur, ut cer
tare de eloquentia publicè
poſſit.
Es

*Es ingenioſus*

Miror equidem quantũ inge-
nio & literatura, quantum
etiam ſtylo facundiaq́ pol
leas.

Vir es abſolutiſſimi ingenij,
candidiſſimiq́, & oĩm lite-
rarũ manſuetioꝝ ſtudio, &
iuris ſcientia, & generis no-
bilitate, atq́ opibus, preter-
eaq́ humanitate quapiã nõ
uulgari celebrandus.

*Detrahis*

Caninè nimis & inuidè, oĩm
quidem ſententia, me per-
ſequeris.

Ad mihi inferendas iniurias
neruos omnes prorſus con
tendiſti

Plerũq́ odij, uel inuidię ſuſpi
cione tua dicta laborant.

Canina facũdia me inſeq̃ris.

Sale, & amara ſuggillatione
me fricas.

Morſu penè me fregiſti

Quid acrius inſtas ampliſſi-
mam hominũ famam de-
cerpere?

Me tua non mediocriter one
rat inuidia.

Tu uario ſimultatum genere
dictisq́ odioſiſſimis in me
debaccharis

Tua inſectatio plusq̃ tragica
eſt, ac planè demiror te ho
minem huiuſmodi tragœ-
dijs delectari.

Tu Erynnali furore percitus,
ſceleratoꝝ nequiſſime, ne-
faria nos rabie exagitas.

Quid me ſtridule nimis, ac
ſtrepitu moleſto calũniaris.

Quis cachinnis temperaret,
cum tu ineptus homo morti
ficas alios.

Strophis obliquis me petis

*Epiſtola tua eſt elegans.*

Non ſapit hoc epiſtoliũ uul-
garem alioꝝ lectionẽ, nec
pædagogorum triuialem
enarrationem.

Nihil uorticoſũ reſonat epi-
ſtola ſed mero Atticiſmo pu
ra Latinitate ſcatet atq́ re-
dundat.

Reor te ex hymetro Attico
hanc decerpſiſſe epiſtolam

In tua epiſtola nihil plebeiũ
offenditur.

*Nocuiſti alijs*

Quod feciſti, multum ſociorũ
negocijs offecit

Tu alios laqueo (quod dicis)
implicuiſti.

Eſt tua inſcitia improba, im-
portunaq́, bonis literis exi
tioſa, quę tanq̃ uerruca de-
formis uenit recidenda.

Scriptis tuis dignitati aliorũ
offeciſti.

*Non feci propter ægri-
tudinem*

Deter



Deterruit me ualetudo imbe-
cillis

Non licuit per ualetudinem.

Nõ ſinit ualetudo, ut te adeã.

Obſtitit ualetudo ex diutinis
morbis etiã nunc debilior,
q̃ ut eam auſim itineri cõ-
mittere.

*Commendatiſſimus.*

Quòd eum tam ſtudioſe com-
mendas, prorſus iuxta pro
uerbium, actum agis.

Eſt hic homo mihi tũ ob exi-
mias ingenij dotes, tum ob
officia in me nõ uulgaria,
ſic cõmendatus, ut commẽ
datior eſſe non poſſit.

*Prodes multis.*

Tu rectè natum te arbitraris
oĩm utilitati, laudi, uirtuti
nõ ſomno, non conuiuijs

Tibi ratio oĩs eſt cũ uirtute,
nõ cum deſidia, cum digni
tate, non cum uoluptate.

*Ad præceptorem.*

Debeo tibi quicquid habeo
doctrinæ.

Si quid in me eſt humanitatis
ſi qd doctrinæ, breuiter, ſi
quid præter hoĩs effigiem
habeo, id tibi iam nunc, ut
par eſt, libens ingenueq́
acceptum refero.

*Peto à te.*

Efficit tua ſingularis, & plus
q̃ humana humanitas, qua
egregia cum laude necnon
eruditione cunctos uincis,
mihiq́ homoncio tenuiſſi-
mæ fortunæ hanc ſuggeſ-
ſit fiduciam, ut audeã abs
te petere.

Illud extra iocũ oramus mel-
litiſſime N.

*Eſt doctus.*

Artium multitudine prior
omnibus

Eloquentia nulli ſecundus.

Ingenium illius nobile.

Memoria excellens.

Studia ſua uaria, & æmuli
multi.

Eſt homo numeroſa arte mul
tiſcius

Multiformi ſupellectile erudi
tionis inſtructus

Pectus habet Muſis Gratijsq́
omnibus natum.

Homo lectione multa exerci-
tatus, cui pleraq́ omnia ue
terum literarum quæſita,
meditata, euigilataq́ ſunt.

Egregiam habet uirtutẽ, cum
pari eruditione copula-
tam.

Linguæ Latinæ delicium.

*Nimis inſiſtis præce-
ptis.*

Nudæ illæ artes, nimiæ ſubti-
litatis affectatione, fran-
gunt & concidunt, quicqd
eſt in oratiõe generoſius.

Omnẽ

Omnem ſuccũ ingenij bibunt
& oſſa detegunt, quæ ut eſ-
ſe & ſtringi debent, ſic cor
pore ſunt operienda.

*Odit literas*

Summa ui melioribus ſtudijs
obſtrepit
Videtur ſibi ſemideus ille pro
pugnator priſtinæ barba-
riei.
Hic humaniores, & ſyncerio-
res literas, quaſi iniecta na-
rium pituita conſpurcat.
Camœnis omnia facile ante-
ponit.

*Feres aduerſam fortunam.*

In re tam acerba bono ſis ani
mo oportet
multum iuuat animus in re
mala bonus
Fulciendus tibi eſt animus ſpe
fortunæ ſecundioris
Forti infractoq; ſis animo
Sors humanæ conditionis for
ti ferenda eſt animo
Subitò me fortuna percuſſit,
docuitq; nulli rerum ſuarũ
fidendum eſſe.
Quod ſors fert citra culpam
noſtram, id æquo atque a-
deò magno animo feren-
dum eſt

*Quem morbum habes?*

Quid tibi morbi eſt?
Quod morbi genus te cepit?
Quis te morbus habet?
Quo morbo teneris?
Quid habes morbi?
Quis te tenet morbus?

*Eſt inuerecundus*

Loquitur citra ruborem ſuæ
inſcitiæ
Nihil eum pudet
Eum depuduit
Dedidicit pudorem
Oblitus eſt pudoris.
Dedidicit pudeſcere.
Exuit pudorem
Perfricuit faciem
Perfricuit frontem.
Manſit apud artocopum
Homo perfricta facie

*Hoc ſcio*

Haud ignoro
Non me fugit
Non me latet
Non me præterit.
Non ſum neſcius.
Non me clàm eſt
Quis neſcit?
Nemini dubium eſt
Compertum habeo.
Non eſt mihi obſcurum.
Non me fallit.
Haud me falſum habuit
Haud ſum ignarus
Haud quaquam neſcius.

*Hoc eſt uitioſum.*

Hoc cum uitio coniunctũ eſt.
Eſt confine uitio.
Non uacat uitio





Non caret uitio
Haud abeſt à uitio.

*Feci te ſuadente.*

Te autore ſuſcepi hoc nego-
Tuo impulſu feci (cium
Tuo inductu
Te ſuaſore
Te conſultore
Te impulſore. Tuo ſuaſu.
Tuo conſilio fretus.
Abs te perſuaſus hoc feci.
Tuo inſtinctu
Tuo perſuaſu.

*Lites tollis*

Patriam non ſolùm ocioſis er
roribus repurgas, ſed lites
perplexas, haud ſecus diſſe-
care ſoles, ac Gordios no-
dos Alexander.

*Compenſabo te.*

Gratiam tibi referam
Reponam meritum.
Rependam officia
Penſabo beneficium
Perſoluam.
Remunerabo. Remetiar.
Reſpondebo meritis
Fœneratum hoc beneficium
tibi pulchrè dices.
Diſpeream, niſi beneficium ti
bi conduplicauero.
Par ero beneficijs acceptis.
Efficiam, ut tuum in me offi-
cium ad te, non ſine fœno-
re redeat.
Hæc tuę in me pietatis officia
multo fœnore remetiar.

*Gratias ago quod hoc feceris.*

Quod tanta fide mea nego-
cia procures, pares gratias
agere uix poſſum, referre
nequaquam.
Quod hoc feceris, gratiam &
habeo, & habiturus ſum
immortalem.
Quod meis commodis ſtudes
& habetur à me gratia, &
ſemper habebitur.
Quod nos pro uirili tueris,
gratum eſt.
Grates perſoluere dignas nõ
opis eſt noſtræ.
Fateor me tibi magnopere de
uinctum eſſe.
Hoc nõie plus tibi debeo, q̃ ut
unq̃ ſoluendo eſſe poſſim.
Maius eſt tuũ in me beneficiũ
q̃ ut orationem poſtuler.
Tibi à me & habetur, & refer
tur gratia ingens.
Hoc officio arctius me aſtrin
xiſti, obligatiorem tibi fe
ciſti, deuinctiorẽ reddidi-
ſti, magis obnoxium effecẽ
ſti, quàm ut uerbis agere
gratias poſſim.

*Hoc eſt à natura.*

Id oĩbus à natura inſitum eſt.
Id natura nobis indidit
Id à natura comparatum eſt.
Id nobis attribuit natura.

Id natura præſcripſit
Ita eſt præſcriptum
Hoc natura ingenerauit
Id natura nobis congenuit.

*A te diſſentit.*

Longè lateq́; abeſt. Diſſentit.
Longè diuerſa ſentit
Refragatur tuæ ſententiæ
Ei tua ſentẽtia neutiq̃ ꝓbaẽ.
Magnopere ſua tecũ pugnat opinio
Tuæ ſententię reclamat
Sentẽtijs inter uos uariatur.
Ab opinione tua nimiũ abeſt.
Multum à tua ſua diſcrepat ſententia
Haud mediocriter à tua diſſider opinione.
Nimium inter tuam atq; ſuã intereſt opinionem
Plurimum à tua ſua diſtat opinio
Tuæ ſententiæ aduerſatur

*Concedamus, ſeu quod aiũt, ponamus caſum.*

Fingamus ita eſſe.
Donemus ita eſſe
Hoc interim concedamus.
Hoc interim largiamur
Ponamus ſic eſſe
Imaginemur ita eſſe
Donemus conuenire
Demus hypotheſim.

*Piſces tibi nocent*

Piſcium eſus eſt ſtomacho tuo grauis.
Piſcium eſus ſtomachum tuũ lædit.
Piſces tibi officiunt, obſunt.
Valetudinem tuam offendũt.
Sunt incommodi
Tuo contemperamẽto noxij ſunt
Eſus piſciũ eſt tibi inimicus.

*Non te impediam.*

Nihil obſiſtam tibi
Non ero impedimento
Non te obturbabo
Non obſtrepã tuis conatibus
Nõ obluctabor. Nõ obnitar.
Non te remorabor.

*Fuit epiſcopus*

Geſſit epiſcopatum
Epiſcopum egit
Epiſcopatum adminiſtrauit, obtinuit.
Munia epiſcopalia obiuit.

*Faciam tuum officium.*

Fungar tuo officio.
Ego te abſente fungar tuis uicibus
Tuas agam parteis
Obibo uicariam operam
Tuam uicem defendemus.
Non deero officio tuo.

*Vado ad campos.*

Rus hinc abeo.
Rus hinc concedo, diſcedo, abcedo, decedo.
Campos repeto.
Ad agros inſtituo iter
Paro proficiſci ad agros.

Paro



Paro profectionem meam
Illuc tendo. Illuc iter teneo.
Rus me cõfero. Rus me recipio.
Certũ eſt rus aduolare.

*Liberatus á curis.*

E medijs curarũ undis emerſit
Ex his negociorum turbis ſe extricauit.
Ex his negocijs ſeſe expediuit.
Ex medijs negociorũ labyrinthis exijt.
Se exoluit tantis negociorum tumultibus
E tantis occupationibus ſeſe excuſſit.
Seſe ex his negociorum fluctibus emolitus eſt.
Ab his curis iam diſceſſit
Eſt liberatus, leuatus, liber, ſolutus curis.
A tantis negocijs ſeipſum uindicauit, aſſeruit, abſoluit.
Ex his calamitatibꝰ enatauit.

*Bene eſt.*

Bene res habet
Bene ſe res habet
Bene habet
Optimè eſt.
Bene habent negocia
Optimo in ſtatu res eſt
Meliore in ſtatu res eſſe non poteſt.

*Vt puto.*

Mea quidem ſententia
Vt ego quidem ſentio
Vt mea fert opinio
Meo iudicio
Vt mihi quidem uidetur
Ni fallor. Si quid iudico.

*Faciamus, quod dicunt, bonum gaudium.*

Viuamus baſilicè
Saliaribus cibis utamur
Perſico apparatu fruamur.
Vitam Ambronum agamus.
Vultũ pręſtemus hilariorem.
Depoſito ſupercilio edulijs operam demus.
Exporrigamus frontem
Epicurum uiuamus.
Curemus cuticulam.
Genialiter cœnemus.
Vultum exhilaremus
Epulis inſeruiamus & potationibus
Me pinguem, & nitidum, bene curata cute uiſes.
Viſes Epicuri de grege porcũ.
Abſcedat Pythagorica menſa, Diogenicaq; cœna.
Conſiliũ eſt, dies aliquot farciendis corporis uiriculis inſumere.

*Stultus*

Impos animi
Rationis impotens.
Furiata mente
Phreneſi excitatus
Percitus Erynni
Tanq̃ aſino ſylueſtri actus.
Ceu œſtro inſtinctus
Vitio mentis captus

H Aculeo

Aculeo perfixus.
Planè indiges helleboro.
Nauiges Anticyram.
Dij tibi tuam dent mentem.
Anticyras melior ſorbere meracas.
Quę te debilitas capitisuexat
Quis te nouus alligat error?
Heus quæ te dementia cepit?
Qua perculſus es Megera?
Vnde hic Phlegerontæus ardor?
Non es apud te.
Te loquentem non capis
Rhodio Herculi ſacrificas
Aiacis riſus
Inſipienter ridens
Dignus quē theatro oēs lymphatum ſaxis eijciant.

*Mentiris*

Quæ protuliſti uerba, nullo ad ueritatem confinio pertinent.
Sicut ad ſolem noctua, ita in ueritate caligas.
Synceræ ueritatis non es ſtudioſus
Parthis frequētiſſime & Cretenſibꝰ mēdacior inueniris.
Caligas ad ueri conſpectum.
A rationis orbita aberras.
Hoc eſt merum mendaciū, mera impoſtura, merum prętigium.
Mendacia de me licentiſſime prædicaſti, me mea tamen conſcientia nō remordet.
Non te pudet de me mentiri.

*Recreabit hoc animum tuum.*

Hæc uerba, marcentem quaſi ſtomachū tuum excitabūt.
Stomachum tuum tædio langueſcentem exuſcitabunt.
Hoc tibi ſuppeditabit, ubi & animus ex forenſi ſtrepitu refricatur, & aures conuitio defeſſæ conquieſcant.
Rerum uarietas te excolet.
Animum tuum relaxabit.
Te reficiet, reparabit, recreabit.

*Labore proprio*

Meo Hercule. Meo Marte.
Meo fœtu hoc êdidi
Propria induſtria.
Citra alienum adminiculum.
Eſt domi meæ natum.

*Menſurauit te.*

Ratiocinatus ſum in modulanda ſtatus, longitudiniſque tuæ præſtantia.
Naturalem inter ſe omnium membroꝝ tuorū competētiam modificatus ſum.
Collegi te tanto alijs eſſe corpore excelſiorem, quanto pigmeus gygantem anteit.

*Stylus tuus placet mihi.*

Mirum eſt, ꝙ me delectet fœliciſſimus tuæ orationis fluxus, non ſine candore.
Epiſtolarum tuarum candidiſſimus fluxus fœcūdum, nec minus exercitatum arguit ingenium.



Epiſtolis tuis ineſt multum facilitatis, & facilitati non deeſt ſuus candor.

*Inſpiratus numine.*

Diuino eſt afflatus numine
Afflatu diuino clareſcit
Inſtinctu almi pneumatis prępulſus
In eum ſpirauit diuinū quoddam numen
Superi mentem animumq; inſpirauerunt
Impulſus eſt numine ſuperorum

*Fac ut uoles*

Quodlibet & dicas, & facias licebit.
Tuo arbitratu facito.
Vtcunq; uiſum erit, agito.
Animo tuo gerito morem
Ex animi tui libidine facito.
Pro animi tui ſententia tractes rem
Vt aīo libitū erit, ita facias.
Vtcunq; fert animus, ita facito.
Tibi permitto, quocunq; uolueris uiuere modo.
Age tuo more
Tuo more te uiuere ſino.
Summa rerum penes te eſt.

*Decreui hoc facere.*

Apud me hoc facere decretū eſt.
Deliberatum eſt
Certum eſt. Viſum eſt.
In animo habeo
Eſt in animo
Eſt ſententia
Eſt conſilium
Eſt mei conſilij
Placet Placitum eſt.
In hanc deſcendo ſententiam
Statui in animo
Mecum ſtatui Conſtitui
Eſt in animo fixū, immotūq;.
Mihi æque nihil propoſitum in uita, ꝙ tibi per omnia gratificari.

*Aſſentior tibi.*

Tecum ſentio.
Conſentiunt uniuerſi
In tuā ſententiā pedibus eo
Pedibus diſcedo & manibus.
Accedo tuæ ſententiæ
Tibi accedo
Tuo iudicio ſubſcribo
Tuæ ſententiæ addo calculū.
Idem ſentio quod tu
Sentētię tuæ nemo nō ſuffragatur.
Hæc mihi tecum hactenus conueniunt.
Omnia mihi tecum conſtant.
Hac de re ſummus inter nos eſt conſenſus
Sumus eiuſdē ſententiæ, eiuſdem ſuffragij, eiuſdē opinionis, eiuſdem ſectæ.
Hoc oēs uno ore confirmant.
Liberum tibi in hiſce rebus

examen relinquo.
Me haud pœnitet eſſe eorum ſententiæ, quib⁹ placuit hoc ita geri.

*Laboris.*

Laboribus propemodum obrueris
Ingenti laborum difficultate tuus premitur animus.
Sic laboribus diſtringeris, ut exiſtimem Herculi minus fuiſſe negocij cum excetra & cancro.
In hoc uitæ curriculo multis laboribus te exerces
Innumeris te frangis laboribus
Multijugis curis uigilijsq; tuus angitur animus.
Laborum ſtimulis, non ſanè paucis, animus excutitur.
Te laborum onera propemodum opprimunt.
Tibi labor labore cumulatur uelut unda ſupuenit undã.
Teipſum penè laboribus enecas, dilaceras.
Fatigas laboribus animum, ſimul & corpus.
Laboribus diſtringeris

*Iactat ſe de diuitijs*

Paternas opes oſtentat
Non deſinit ſe iactare
Opulentem ſupellectilem ſine fine iactat.
Gloriatur diuitiarum copia.
Diuitiarum fulgore tumidus ſuperbit.
Pulmonem uentis rumpit ob ſuas opes

*Non dubito.*

Hoc apud me ſitum eſt extra omem dubietatis aleam.
De hoc cõtrouerſiã nõ facio.
Nihil eſt apud me controuerſum. (ſito.
Nihil addubito. Minimè hæ-
Non hæreo. Haud ambigo.
Hoc nemo ambigit
Hoc mihi haud minus cõpertum eſt, ꝙ exploratum.
Anceps animi eſt nullus
Neminẽ dubietate diſcriminat hoc negocium.

*Superbit in ueſtitu.*

Eſt ueſtitu, cæteroq; cultu corporis nitido uenuſtoq;.
Multa cum mundicia, & circumſpecte cõpoſiteq; indutus & amictus.
In cultu ueſtium nouando ſibi nimis ꝙ indulget.
Veſtitum luxui indulget.

*Amant illum multi.*

Diligit effuſiſſime à nõ paucis
Sunt hic amici complures.
Multorum eſt in hoc homine non uulgaris benignitas.
Huic uiro ſic fauet N. hunc ſic complectitur, ut ſi frater eſſet, aut pater, non poſſet amantius.

Deci-



*Decipere me putas*

Audaci illecebra, uaniſſimoq; commento credis animũ decipere.
Ab ipſa ueritate me credis depellere.
Fucum facere niteris
Verborũ prẽſtigijs uis in me
Das uerba. (uti.
Os ſublinis captione & impoſtura uerborum.

*Facere pacem*

Pacem componere
Temperare litem.
Regere dictis aĩos diſcordes.
Reſtituere concordiam
Pacẽ conciliare. Mitificare.
Viam ad concordiã munire.
Aditum ad pacem inſtruere.

*Dictione iſta malè uſus eſt.*

Imperfectè, præpoſterè, atq; inſcitè hac uoce uſus eſt.
Hoc uocabulo uſus eſt parum propriè
Minus propriè, atq; etiã ſubfrigidè hanc dictionem obſeruauit N. (tus eſt.
Perperã & ineptè interpreta-

*Infœlix.*

Vir extremè infœlix.
Egeſtate extrema laborat
In ærumna uitam trahit.
Hyemem tolerat malè
Miſeriæ omnis eſt ſocius
Cum uarietate ærumnarum luctatur.
Bonorũ oĩm inſors & carens.
Infœlicitatis oĩs particeps.
Intyba tibi ſucceſſit Ambroſię
Ita fortunæ ictibus expoſitus es, ut miſerrimus ſis.
Nihil eſt, quod fortunæ poſſis acceptum referre

*Iſta non ſunt illis comparanda.*

Hæc illorũ facetijs, ac etiã luminibus obſoleſcunt
Hæc in manus poſtꝙ uenerũt, ſtatim (dij boni) quantũ ſtupere, atq; frigere, quantum nutare ab illis uiſa ſunt.
Diomedis, Hercle, arma, & Glauci non diſpari magis precio æſtimata, ꝙ hæc duo ſunt inter ſe diſparia.

*Obſcurus eſt tuus ſermo.*

Confuſaneus eſt ſermo & perturbatus
Sermo implicitus
Error uerboꝝ inextricabilis.
Gordianis nodis eſt obuinct⁹
Inexplicabili uerboꝝ circuitu obuolutus eſt tuus ſermo.
Gryphis obſept⁹ Auſonianis.
Inuolucriſculis uerborum circumactus
Captioſis uerborum laqueis conſeptus eſt
Verborum obſcurorum es cupidiſſimus
Pleraſq; uocẽs nimis priſcas

 &

& ignoratiſſimas, in quotidianis, cõmunibusq́ ſermonibus expromere ſoles.
Nec planè nec dilucidè loq̃ris
Loqueris quaſi cum matre Euandri
Vteris ſermone iam multis annis deſito
Scire ac intelligere neminem uis quæ dicas
Antiquatis uteris ſermonib⁹.
Inaudita & inſolenti uteris oratione
Reciprocis argumẽtis uteris.
Amphibologicè loqueris.
Verba tua uidentur ab Euandri, & Aboriginum ſeculo repetita.
Vteris uerbis Carmentalib⁹, & iam planè obliteratis.

*Opus hoc tibi dedico.*

Multa me, ut tibi libellũ hunc nominatim dedicem, hortantur & inuitant.
Ego tibi peculiariter dono, dicoq́ opuſculũ hoc, quantulumcunq́ eſt.
Ego pro argentaria liberalitate chartaceam remunerationẽ repẽdo ac repono.
Chartea hæc noſtra remuneratio ea eſt apud ingenuos uirtutiſq́ cultores (qualis es tu) ut auro gratior eſſe ſoleat.
Ego quicquid eſt ex chartacea ſupellectile noſtra depromptum, tibi deuoueo, deſtinoq́
Hoc opus nominatim tibi dedicandum cenſui.

*Faſtidiendi formulæ.*

Auditores tædio ꝓpè enecat.
Auditorum aures afficit moleſtia.
Faſtidium parit
Tædium gignit
Afficit tædio
Longus ſuus gignit faſtidia ſermo
Intulit auditoris tædium
Nauſeam parit

*Faſtidium abijciet.*

Tædium hoc abijciet
Excludet faſtidium.
Nullam ex hac re ſenties nauſeam
Leuabis tædium riſu, & iucunditate.

*Amore capitur*

Amore nimio, ac ſupra fidem tabeſcit.
Multo amoris contagio correptus eſt
Nequit ab amoris contagio liberari.
Eum Venus cruciante quadã libidine titillauit.

*Syllaba hæc eſt longa.*

Syllaba hęc debet protẽdi, lõgiusq́ eſt prounciãda.
Latius pronunciari debet.
Latiori pronunciatu eſt proferen



ferenda.

*Poſſum hoc facere.*

Mihi animus & opes ad hoc faciendum ſuppetunt.
Sic cuncta ad hoc mihi ſuppetunt, ut nemini magis in uirgula (ut aiũt) diuina abundè oĩa mihi ſuppeditantur.

*Poſuit me, ut dicitur, in malam gratiam.*

In contemptionẽ me adduxit
Rapuit me in odium hoĩs.
Me traxit in inuidiam
Vocauit, allexit in contemptum.
Mihi inuidiam iſtam fecit & turbas citauit.

*Inimicus illius eſt.*

Habet cum illo grauem offenſionum acerbitatem
Vehementes cum illo gerit inimicitias.
His ſimultatibus conflictant.
Priuatis odijs diſſident
Hic odio illius exardeſcit.
Pertinacem ſe exhibet illi inimicum.

*Tempus malum uidetur*

Summa temporum difficultate laboramus.
In aſpero, in difficili temporis articulo uerſamur.
Difficilia ſunt noſtræ ætatis tempora
Difficiles ſunt noſtrorũ temporum articuli
Difficultate urgemur
Iniquiſſima tempora nos premunt

*Ingratus*

Nulla eſſet apud me humanitas, ſed ſumma barbaries, inhumanitasq́, niſi tam ingens beneficiũ remetirer.
Eſſem Gethis inhumanior, niſi hoc meritũ reponerem.
Dicerer ingratos exuperare Gethas, ſi meritum nõ reſarcirem.
Ingratitudinis culpam cõtraherem.

*Feciſti me ſcribere.*

Niſi tua me animaſſet admirabilis humanitas, & beneficentia inuitaſſet, manũ calamo abſtinuiſſem.
Non admouiſſem manum calamo, niſi te impulſore.

*Laudo te.*

Vbi ubi gentium degam, quoquò proficiſcar, multus mihi in ore uerſaberis.
Tuas uirtutes ubiq́ locorum circumferam
Ego te ſemper mea quamlibet exigua prædicatione celebrabo.
Tuam admirabilem doctrinã nunquam non extollam, & pro quodã numine adorandam iubebo.
Te dicam non hominem eſſe ter-

terrenum, ſed ignem de cœlo ſumptum.

*Amicus tuus eſſe cupio.*

Ego tibi aliquanto notior eſſe uelim.
Amicus tibi fieri percupio.
In tuã ardeo conſuetudinem.
Peto ut me, pro tua erga ſtudioſos uiros humanitate, inter tuos connumeres.

*Hoc decet doctos*

Hoc non niſi politioris doctrinæ gradu receptis licet
Hoc qualecũq; eſt munus, doctos exigit.
Eruditiſſimi cuiuſq; intereſt hæc munera obire.
Hoc decet uiros primæ (ut aiunt) notę primiq; ordinis

*Doleo me hoc ignoraſſe.*

Imprecor fortunæ, q̃d ea ipſa res tam diu me latuerit.
Quod hoc me fefellerit, eſt, cur maximopere doleam.

*Gauderem, ſi eſſem famulus tuus*

Ego me candidiori hoſtia litaſſe putabo, ſi me dignum haberi ſenſero, quem uelin ter calũculos tuos dinume
Ego me albę gallinę filiũ (res tunc credidero, cũ fuero cooptatus in numerũ tuorũ.

*Fallax non ſum*

Ne me (uelim) exiſtimes logodædalum agere, id dſt, non ſimplicẽ ac ſyncerũ, ſed fucatum ac diſſimulantem.
De me ſic uelim ſemel ſtatuas, nihil mihi æque, ac hypocriſim, eſſe inuiſum.
Non ſoleo apud amicos fingere quicquam
Nullis apd' me fucis locus eſt
Ego nõ aliud fronte ſimulo, & aliud premo pectore.
In me uno fucatum nihil eſt.

*Laudas me nimis, & plus quàm merui.*

Nimias laudes in me aceruatim effundis, ſed quas nihil promeritus ſum.
Ex his laudibus, quas in me glomeratim exaggeras, nihil omnino agnoſco.
In me unum immerentẽ laudes agminatim glomeras.
Tam immodicæ laudes, neq; meo pudori, neq; meæ mediocritati, conueniunt.
Nimis magnificè de me, meoque ingenio ſentis.
Effuſiſſimas mihi tribuis laudes.
Vtinã quas in me confers laudes, ita ueras eſſe, & ab humanitate magis, q̃ à iudicio profectas alijs mihiq; perſuaderes.
Quas in me congeris laudes, ab humanitate magis, q̃ à iudicio profectas eſſe ſcio.
Proprijs omnino laudibus, (quas



(quas de me prædicas) ipſe fauerẽ, niſi conſcientia mea tali teſtimonio reclamaret.
Totam illam laudationem, (quã in me ſpargis) ſic equidem accipio, ut illam non meis meritis, ſed tuæ humanitati aſſignem.
Ex tuis in me laudibus irrideri me putarẽ, niſi perſuaſiſſimum haberẽ, te nimio amore falli, quẽ ſolere ait Plato in iudicijs ſecutire.

*Laudant te omnes, & amant.*

Nuſq̃ gentiũ nõ ſunt, qui tibi impenſe fauent, nec fauent modò, uerumetiam colunt.
Oẽs magis atq; magis exoſculantur egregium ac prorſus heroicum animum tuum.
Candorem illum tuum libenter, ut debent, amplectũtur oẽs, uenerant, exoſculant.
Te ob excellentẽ doctrinã oẽs maximi faciũt, amant unicè, honorant, obſeruant.
Te q̃ celebratiſſimum efficere adnituntur.
Habes uirtutum tuarũ præcones non parum multos.

*Non credo te hoc uoluiſſe legere*

Vix animum queo inducere, ut tu ad legendas noſtras nugas tete dimiſeris.
Vix queo mihi perſuadere, ut ad hæc legenda te incuruaueris.

*Declaro quod obſcurum eſt.*

Iam luce caliginem dubietatis diſcutio.
Iam Phœbeo, uelut acinace, nodum diſſecamus.

*Non hoc compoſueram, ut imprimeretur.*

Hoc nõ eò cõpoſui, ut tã uilis & inchoata abortio præcipitata ẽditiõe publicata in manus hoĩm ueniret.
Cùm hęc cuderẽ, non erat is mihi animus ut euulgarẽ.

*Tædio afficis omnes*

Oĩm aureis tædio enecãt tua uerba.
Omnes uerborum tuorum finem cupiunt
Oẽs uerbis tuis defatigãtur.
Oẽs tędebat tuarũ ineptiarũ.
Ceperat omnes tædium tuorum ſermonum.

*Cuſtodis meum argentum.*

Meę pecuniæ cuſtodiã tibi cre(didi.
Pecuniæ tibi cuſtodiã commiſi.
Credidi tibi hoc aſſeruandũ.
Hoc tuæ curæ creditum eſt.
Credita tibi eſt pecunia mea aſſeruanda.
Commiſſa tibi eſt meorũ nummorum cuſtodia.

*Derides.*

H 5 Sum

Sum tibi riſui.
Nunc tibi riſui ſum
Me planè rides
Naſo me ſuſpendis.
Habeor tibi loco morionis
Ludis nunc me
Sum tibi ludibrio
Mihi, uel me, illudis.
In cachinnum ſolueris
Me planè habes ludibrio
Nunc tu me ludos facis.

*Vxorem duxit*

Vxorem in matrimonium recepit. In ſociam ſui thori N. recepit, ſuſcepit eam coniugem.
Elocata eſt huic in matrimonium uxor.
Non abhorruit à re uxoria
Vxorem ſibi aſciuit.
Eſt expertus hymenæos
Alligauit collum capiſtro maritali
Intruſit ſe in compedes maritales.
Hamum coniugalem uorauit.

*Mandes memoriæ.*

Memoria complectere.
Tene hoc memoria.
Mente conſequere
Infigas animo
Fac hanc ſententiam tenaciter inhærere ingenio
Sit infixa tuę menti ſentẽtia.
Altius infigas animo
Fac hanc ſententiam tuo animo penitus inſidere
Cogas hoc tuę hærere menti.
Memorię hoc altius tenaciusque defigas
Hæc dicta percipe, & animo mentiq; penitus mandes.

*Bene moratus*

Claue purior eſt.
Gubernaculo purior eſt
Inculpatè uiuit
Moribus eſt undequaq; integris, & incontaminatis.
Illi ſordidum nihil poteſt inhærere.
Eſt defecatiſſimis moribus inſignis

*Vicite.*

Mea eſt pila
Voti factus ſum compos
Res eſt in manibus.
Mea omnis lis eſt
Sum te ſuperior
Victoria penes me fuit
Victoriam à te eripui
Arenæ ceſſiſti noſtræ
Sub aduerſo Marte tua ſigna iacere paſſus es
Pilam amiſiſti
Victrix fuit mea cauſa.
Victoria potitus ſum
Factus ſum compos uictoriæ.

*Scio.*

Hoc teneo tanꝗ nomen meũ, meosq; digitos.
Promptam habeo huius rei memoriam

Hoc



Hoc teneo melius, ꝗ nomen meum.
Nomẽ meũ prius obliuiſcerer
Hoc mihi eſt minimè exploratum
Hoc habeo nõ inexploratum
Hoc mihi ab ouo ad mala uſque compertum eſt..
Ab unguiculis uſq; ad ſummũ capillum exploratiſſimum eſt.
Eſt mihi perſpectiſſimum.
Perſuaſum habeo
Nulli eſt hoc magis exploratum, compertum, meditatumq; ꝗ mihi.

*Hoc eſt manifeſtum.*

Hoc manifeſtarium euaſit.
Perpalam euaſit
Palam eſt. Eſt perſpicuum.
Hoc oĩbus peruium exiſtit.
Hoc liquidò conſtat
Notum eſt lippis (ut aiunt) & tonſoribus.
Hoc iam abijt in ora uulgi.
Hoc eſt domo ſua cuiq; notius
Nota magis nulli domus eſt ſua, ꝗ mihi lucus Martis.
Hoc noui tanꝗ ungues, digitosq; meos.
Luce clarius eſt
Meridiano iubare lucidius.
Cuiq; coniecto eſſe exploratiſſimum
Hoc uel cæcis ipſis, & in Cymmerijs tenebris natis, liceceat conſpicari.
Hoc notius eſt, ꝗ ſit Delia canibus, aut digitis ungues.
Hoc notius eſt, ꝗ ut plura in id uerba ſumenda ſint.
Tam tritum eſt iſtud, ut calonibus innoteſcat.
Hoc tam uulgare, tãq; cõmune eſt, ut inter pocula adagionis uicem ſubierit.
Hoc oĩbus prorſus obuiũ eſt.
Hoc nemo niſi cæcus non diſcernit.
Hoc explorata fatet̃ ueritas.
Hoĩes nil habent in ore frequentius, ꝗ hoc.
Trimi infantuli iã hoc dicũt.
Hoc notius, quàm ut debeat exponi.
Hoc expoſitione non indiget.
Planius eſt, ꝗ cui explanatione ſit opus.
Hoc pro comperto habetur.
Oĩbus eſt in profeſſo, in aperto, in confeſſo.

*Non ſe applicat ad ſtudium.*

Aĩum ad literas nõ appellit.
Nõ ſe addicit literarũ ſtudijs.
Aĩum ad ſtudiũ haud adiũgit
Se nõ dedit ſtudio. (dotio.
Nõ ſe mancipat Muſarũ ſacer
*Putabam mihi non eſſe aliud ad faciendum.*

Id negocij ſolũ dari credebã.
Hoc negociũ mihi ſolum datũ eſſe rebar.

Puta

Putabam hunc eſſe mei nego-
cij ſcopum.

*Extra periculum ſum.*

In portu nauigo.
Extra lutum pedes habeo
Sum ingēti periculo liberatꝰ.
Emerſi è piculo nō mediocri.
Enataui ex hoc diſcrimine.
Laureum geſto baculum.
Præſenti periculo ſum libera-
tus, ereptus.
Defunctus ſum his periculis.
Seruatus ſum ex hoc ſalutis
diſcrimine,

*Volebam cognoſcere qua-
lem haberes animum*

Cupiebam quid animi habe-
res cognoſcere.
Geſtiebat animus proprius
noſſe quis foret animus.

*Solui quod debebas.*

Propria impenſa æs alienum
Diſtraxi omne æs (exolui.
alienū à te conflatum.
Multum æris alieni contraxe
ras, atq; conflaueras, ſed id
totum diſtraxi.
Eras preſſus ingenti mole de-
bitorū, ſed hac te liberaui.
Tuis ſatisfeci debitis.
Diſſolui omne æs alienū, quo
diſtringebaris.

*Debes multa.*

Multū æris alieni conflauiſti.
Es multo alieno ęre obſtrictꝰ
Debitis onuſtus
Debitorū mole ꝑgrauatus es.
Es aſtrictus ære alieno.
Multum æris alieni habes
Tuis nondū ſatisfeciſti debi-
tis, quæ ingētia ſunt.

*Interficere nititur.*

Ad cędem & interitum me uo
cauit.
Cōſtitutus fuit mihi ad cædē.
Mihi ad interitū & necem de-
ſtinatus fuit & addictus.
Me animo notauit, & oculis
deſignauit ad cædem.
De meo interitu ac exitio per
ſæpe cogitauit
Manū parauit ut me interfice
Ad meā cędē impiā ſuā (ret.
dexteram tranſtulit.
Voluit me ad mortem rapere
Cupiuit me ſummo mactari
ſupplicio
Non duxit nefas uitam mihi
adimere conari

*Hoc non eſt ſatis certum.*

Hoc incertū eſt & uacillans.
Pendet adhuc fides ueri
Hoc eſt parum adhuc explo-
ratum

*Memoria de hoc non eſt.*

Hoc poſt memoriā hoīm con
tigit nemini
Huius rei nō extat memoria.
Hoc factū eſt poſt hoīm me-
Nulla ſuper hoc in- (moriā.
ualeſcit memoria
Commiſſum nō eſt, ut hoc in
homi



hominum memoria eſſet.

*Volo parum te alloqui.*

Paucis te uolo.
Paucis eſt quod te uelim.
Paucis tecum agere uelim.
Lubet paucis tecum agere

*Oro te.*

Maiorem in modum te rogo,
Etiam atq; etiā oro, obſecro,
atq; obteſtor.
Hoc unum abs te magnopere
peto & contendo.
Imploro opem tuam
Ego tuam ſublimem dignita-
tem, admirandamq; ſubli-
mitatem, iterum atq; iterū
maiorem in modū rogo,
obſecro, obteſtor.
Summis precibus te rogatum
uelim
Peto à te, & ſi pateris, oro ut
te conſerues incolumem.
Vehementer te etiā atq; etiā
Hoc te precor. (rogo.

*Fuiſti ſemper fidelis, &
taciturnus.*

Semper intellexi ſitas in te
eſſe fidem ac taciturnitatē.
Nunq̄ non fuiſti fidelis
Integritatem fidei, taciturni-
tati ſemper adiunxiſti.

*Ridere cœpit.*

Solutus eſt in riſum
Democritum agit
Multo riſu pulmonem agita-
Vultum riſu ſoluit. (uit
In riſum progreſſus eſt.

*Dic duobus uerbis, quid
me uelis facere.*

Tu uno uerbo dic quid eſt, q̄d
me uelis.
Quid facere me in hac re ue-
lis uno dic uerbo.
Paucis aperi, quid à me factū
cupias.
Breuibus indica, quid factum
uelis.

*Incepta ſecundet deus.*

Sit fauſtum ac fœlix quod ag
grederis
Bene uertat quod agis.
Bono ſit oībus quod inſtituis
Bene fortunet deus tuos labo
res.
Faueant ſuperi tuis conatibꝰ.
Quæſo, ut quod inſtituiſti, ſu-
peris bene fortunantibus,
fœliciter abſoluas.
Bene fortunet Deus quod ti-
bi in manibus eſt.
Fœliciter cedat q̄d inſtituiſti.
Fœliciter exeat quod aggreſ-
ſus es.
Fœlix ac proſperū numē pul-
cherrimis aſpiret cœptis.
Chriſtus bene cœpta ſecūdet.
Proſpere ſuccedat quod au-
ſpicatus es.
Bonis auibus cœpta res me-
lioribus exeat.

*Proſit uobis conuiuium.*

Sit fœlix conuiuium.

Bene

Bene ſit uniuerſo cœtui
Precor omnia læta uobis omnibus.
Deus bene fortunet ueſtrum coniuium.

*Non poteſt pati ſocietatem aliorum*

Nullos perferre ac pati poteſt quibus cum degit.
Aliorum ſociorum ſtudijs obſequi neſcit
Eſt paucis non aduerſus
Adeò eſt conſortis impatiens ut omnibus ſe præponat.
Non poteſt amicitiam parare, adeò moroſus eſt.

*Bona dies.*

Precor, ut hic dies tibi candidus illuxerit.
Precor, ut hic dies tibi fœlix ſurrexerit.
Sit fœlix exortus huius diei, & ſit utriq; noſtrum proſperrimus.

*Bona nox.*

Opto tibi noctem proſperam
Precor tibi noctem placidam
Contingat tibi fœlix ſomnus
Det deus placidam quietem
Det ſomnum abſq; ſomnijs
Faxit deus, ut aut placidè dormias aut fœliciter ſomnies.
Sit tibi fauſta nox

*Multum contines*

Noīe continentiæ ſatis ſpectatus.
Spectatiſſima continentia
Magnum præbet continentię exemplum

*Aduentui gratulor.*

Saluum te aduenire gaudeo.
Te ſoſpitē rediſſe uolupe eſt.
Te nobis eſſe redditum uolupṫati eſt.
Gratulor tibi fœlicem reditū
Gratia ſit ſuperis, ꝙ ad nos incolumis redieris.
Quo moleſtius mihi fuit tui deſideriū, hoc reditus conſpectus tui iucundior eſt.
Gratulamur tibi & nobis, ꝙ uiuus ac ualēs nobis reſtitutus ſis.
Hòc reditus tuus eſt nobis iucundior, quò min⁹ expectatus
Quod incolumē te ac reducē acceperim⁹, eſt cur magnopere gaudeā.
Tuum ad nos aduentum expeto.

*Parcè uiuit, & ſuo labore.*

Vitam parcè ac duriter agit.
Pertinaci labore uictum ſubquæritar, frugiq; uiuit.

*Compenſare parentes non poßumus*

Nemo parem referre gratiā parēti poteſt, ne malo qdē.
Nec malo parenti quiſquam parē referri gratiā poteſt.
Non poteſt par gratia rependi patri, uel malo.

*Non obedit patri*

Nemī



Neminem audit, ne patrem quidem.
Non audit uel parentem,
Nemini obſecundat, ne parenti quidem.

*Poteſt ſe bene regere*

Suę uitę modū iā habere pōt.
Prudentior eſt, ꝙ qui pędagogo indigeat.

*Litigat ſemper.*

Nunquam non litigat
Aliquando non litigat?
Num quando non litigat?
An eſt quando non litigat?
Iurgijs ſcatet per diem, perq; noctem.

*Hoc non poſſet ſapienter fieri.*

Si poſtules hoc ratione certa facere, tu nihilo plus agas ꝙ ſi des operam, ut cum ratione inſanias.
Hæc res neq; conſilium, neq; modum in ſe habet ullum.

*Amo te*

Tu es in amicorū numero nō ultimis ſubſellijs collocat⁹.
Accipit te inter amicos, & quidem primi ordinis.
Es non inter poſtremos, qui noſtram amplexi ſunt familiaritatem.
Dignus es hoc ipſo, ut iam nō in ueteribus modò noſtris, ſed in magnis amicis numereris.
Beneuolentia tua eo mihi iucundior eſt, quod ab eo eſt animo profecta, qui ſit humanus, facilis, candidus, ab omni labe inuidentiæ alieniſſimus.
Animū in me tuū tam promptum, tam propenſum, tam candidum amplector libenter ueneror & oſculor.
Es iam nunc meo infixus cordi, & quidem trabali clauo.
Ego gratum animum erga te latius, ſplendoris maximū columen oſtendo.
Lubens amplector tuum in me animum
Tuam in me beneuolentiam, & tam graue teſtimonium pluris facio.
Ego ſcriptis tuis inflammat⁹, ingenium tuum ſic deamo, ac penè dixerim, deperio, ut nemo magis queat.

*Studeo nunc tuo perſuaſu*

Tu flexanima Suadela tua protinus effeciſti, ut nulla iam lectione ęque delecter, ac ſolida philoſophia.
Huc tandē me pertulit tuus ille lepos, ut ſpinoſum illud, & nimis ꝙ frigidum philoſophiæ genus poſtergauerim.
Efficit tua mellita facundia, ut

ut ſcholaſticę illi, umbrarijſq; philoſophię nunciũ re-
Oibus honeſtis (miſerim. diſciplinis famulor.
In intimis Muſarum receſſib⁹ abditus lateo.
Apud ſodalitiũ diui Michaëlis totus in literis uiuo, maximè Græcanicis.

*Tantopere te laudabo, ac me laudaſti.*

Te ſic inuicẽ ferã laudibus, ut par pari relatũ cognoſcas.
Viciſſitudinariã tibi laudationem rependam.

*Patiar quicquid ſiniſtri dixeris.*

Si me ſtupidũ, ſi lapidẽ, ſi beluam, ſi peponem, ſi bliteũ, ſi quiduis aliud facias, non admodũ commouebor, non admodum refragabor.
Facili animo feram quicquid conuitij in me ſparſeris.
Sum quidem in meipſum multarum iniuriarũ paulò negligentior.

*Seriò loquamur.*

Omittamus has tricas, & ad ſeria grauiaq; dilabamur.
Miſſa iſthęc facimus ridicula, alia nõ min⁹ utilia dicturi.

*Per magnam diei partem legit.*

Melior diei pars lectionibus uarijs ei teritur
Bonam diei partẽ lectionibus bonorum autorũ collocat.

*Inutilis,*

Caret bene uiribus & uita, caret actu, affectu, caret indole, iacet, dormit, ſtertit, nihil uerum, nihil ſolidum, & efficax exprimit.
Neq; domi, neq; foris ꝓdeſt.

*Magnus dilator*

Eſt natura recraſtinator maHaud facile ad diẽ (ximus.
ſoluit quæ pollicetur.
Bellus eſt perendinator

*Condis malè.*

Tua oratio tremula, uacillãs, infirma, uidelicet malè curata, malè paſta eſt.
Eſt oratio tua ſordida, hircoſa, & unguentaria.

*Dedecet gloriam tuam.*

Illud tuæ glorię & æſtimationi parum conducit.

*Loquimur de te*

De te ſæpenumero apud nos ſermo incidit.
Frequẽs de te mentio, & eadẽ illuſtris apđ nos habita eſt.
De tuo cãdore plurimus & frequens cum oĩbus ſermo eſt.

*Non timeo te.*

Tantum abeſt, ut tuis conuitijs offendar, ut etiam gratias agam.
Spero te mihi nõ multum nocere poſſe, cum undiq; tibi ſit



dentibus os uacuum.
Tuum malignantis hominis ingratum animum interdum expertus ſum
Omnem tuam morſicationẽ edentulam non timeo.
Tuas obtrectationes uirulentas, & omnino ridiculas, ne pili quidem facio.
Fumos manes tuos contẽno, nimiamq; iſtam inſolentiã retundam.

*Sapiet cum tempore.*

Spes eſt, quicquid habet eruditionis mora aliqua temporis roborari.
Progreſſu temporis ſapiet.

*Multa in me contuliſti beneficia.*

Si tua in me beneficia ſuppreſſero, quæ patēre latiſſimè ſolent, magnam in me calumniam cõcitabo.
Perſuaderi mihi non poteſt, nullum me unq̃ abs te beneficium accepiſſe.
Obruiſti me tot beneficijs, ut me pudeat toties gratias agere.
Maximis me beneficijs, ꝓ tua humanitate, ſingularique fauore, ſemper es proſecutus.
Me propè incredibili quadam humanitate tua, maximis beneficijs, ueluti ſarcina grauiore, obruiſti.
Multis me officijs cumulaſti, nullis à me ſtudijs laceſſit⁹.

*Laudes tuas deſcribere non poſſum.*

Ego referendis laudibus tuis, exilis ſum ingenio: nec mihi uocis ubertas ad dicenda quę de tua maieſtate ſentio ſufficit, nec ora mille, linguæq; totidem, uel indefeſſi ſermonis ſeries.
Tua iam uirtus proditur, quæ id magnitudinis obtinet, ut nemo illi ſatis idoneus ſcriptor acceſſerit.
Tanta eſt tua gloria, ut nullus laude creſcat, nullus uituperatione minuatur.
Vtinam par eſſet ingeniũ laudib⁹ tuis, ut cupiditati meæ facerem ſatis.
Non ſpero me naturali facundia parem tuæ laudi fore.
Non eſt par meus lituus perſonandis tuis laudibus.
Tuę laudes latius diffuſę ſunt in literarum monimẽtis, q̃ ut à me perſtringi poſſint.
Ex meo perexili lituo haud altius inſonare queũt tuę laudes.

*Guloſus.*

Hoc uoracitati ſuæ deſeruit, & inſatiabilem, profundumq; uentrẽ ſemper eſi-

 ſando

tando diſtendit.
Sedet ſagina expletus, & ſtertit crapulam exhalans.
Eſt nitida cute, probeq; ſaginato corpore.
Pinguiculus eſt, & nitidus, & & bene curata cute.

*Sanari non poteſt.*

In eius diluendis uulneribus, Gorgonei fontis defluuia non ſufficient, nec Chironia manus.

*Da facultatem ludendi.*

Tuę claſſis diſiunge habenas.
Da Muſis ſua ludicra
Miſce ocia noſtris ſtudijs
Da remiſſionem literis
Impartire relaxamentum
Alternam requiem ſtudijs noſtris impartire

*Iraſci noli.*

Diſiunge equos tuæ iræ.
Ne mihi in poſterũ ſuccẽſeas.
Accepi à nonnullis, quod me uehemẽter cõmouit, te mihi, neſcio quid, ſubiraſci.

*Credulus ne ſis nimium.*

Propelle illam tuę ſalutis nouercã, facilimã credulitatẽ.
Te uſq; ad mendacia hæc leuiora (in quibus os præcidi, non oculi erui ſolent) credulum pręſtans.
Ne quid temere credas ſycophantis de me.
Hoc modo exoratam uelim tuam reuerentiam, ne quid temere credat Nicolai maſtigibus.
Caue ne cui temere credas.
Noli nebulonibus iſtis quicq̃ iſtiuſmodi credere.
Ne tam facile credas, uel laudatoribus iſtis, ut obtrectatoribus.

*Es incognitus.*

Veſpertinus aduenis
Albus, an ater ſis, neſcio.
Ne de facie quidem te noui.

*Detrahis*

Euaginata lingua me proſeEffuſiſſimis habenis (queris. me inuadis
Peris meam famam euaginata lingua.
Perſonam meam laceras
Propudioſo me dedecore affiDe me aſper & acerbè (cis. non ſolum quacunq; occaſione, ſed etiam contumelioſiſſime ſoles loqui.
Scio meipſum abs te tertio q̃que uerbo contumelioſiſſime appellari.
Me mordicus laceſſis
A te aduerſus nos ſermo habetur, noſq; criminoſiſſime inſectaris.
Me mordicus arripis
Si me uiuere doles, falſiſſimis iſtiuſmodi rumoribus ſepe lias.

Non



Non deſinis paſſim in meã famam debacchari, nulla unq̃ quamlibet leui iniuria laceſſitus.

*Auxilium dat*

Eius opitulatu alitur ſpes.
Eius auxilio adoleſcit ſpes.
Tam humanis moribus inſtitutum, & literis ad pietatẽ formatum hunc ſcio, ut opem ſuã poſtulãtes promptè ſemper adiuuet.
Suum pectus iuuandis mortalium rebus natum eſt.

*Intellige*

Feriatis auriũ ſedib⁹ intellige
Non graueris dicenti aures præbere.
Pone ſupercilium.
Explica frontem

*Seruiam tibi.*

In famulatu ero, cùm iuſſeris, inuocatus, & maximè uoluntarius.

*Conſcij ſunt.*

In eadem naui ſunt.
Eiuſdem culpæ conſcij ſunt.
In eodem periculo uerſantur.
Eandem nauẽ conſcenderunt
Eidem culpæ obnoxij ſunt

*Beſtia.*

A glande deſueſcere neſcit.
Phanatica belua.

*Neglectus.*

In ęſtimatione hoĩm uileſcis.
Nulla de te in bonum fama celebratur.
Te magis q̃ Therſitæ genus deſpicio.

*Lenis cenſeor.*

Illi uiſum eſt noſtræ lenitatis facere periculum.
Caue, ne lenitate mea fretus, tanti facinoris impunitatem tibi promittas.
Moderationis ac lenitatis laudem ſibi uendicat

*Noli ſcribere aliquid ſecreti.*

Tu, caue ne quid ad nos ſcribas periculoſe, nam literæ frequenter intercipiũtur.
Cauendũ ne cuiuis committantur epiſtolæ, quæ aliq̃d latentis conſilij habent

*Conſumo penè tempus omne in epiſtolis.*

Viciſſitudines literarũ mihi non minimam temporis adimunt portionem
In reſcribendis epiſtolis, pro noſtra uirili, menſes aliqd⁹ (ut Ouidiano utar uerbo) decipimus.

*Spero fore te doctum*

Mihi de te raram quandã eloquentiam polliceor.

*Gratus regi.*

Vir es inſigni uteriuſq; literaturę peritia prędit⁹, apud regiã maieſtatẽ gratioſiſſim⁹.
Flores ac triumphas apud tuos

tuos, optimo regi chariſſimus.
Vir eſt ſummę autoritatis apud regem

*Tacent fabulæ*

Rabulis omnibus per regem impoſitum eſt ſilentium
Rabulis, q tm̃ ad maledicēdũ linguã hñt, impoſitũ eſt ſilentiũ.
Rabulis oĩbus rex ſilentium indixit
Indocti pudore obticeſcunt.

*Inepti aliquid moliuntur*

Nihil nõ moliunt ſycophãtæ.
Barbari moliuntur omnia, q̃ retrahant adoleſcentem in ſuum piſtrinum

*Famam appetit*

Ardet cupiditate famæ, ſed præſtaret hanc melioribus auguriis auſpicari.

*Odio eum omnes habent.*

Nunc odio, ſeu morbo animi lymphati, in eũ oẽs ferũtur.
Homo eſt omnibus adeò inuiſus, ut nec à fratribus, aut liberis ametur.
Odio apud omnes neutiq̃ obſcuro, laboras.

*Multa dicuntur de me.*

Non ſum ignarus, uarios rumores de me ſpargi.
In me fœda & capitalia dicuntur conuitia

*Non dat rationem iræ.*

Offenſionis cauſam non poſſum olfacere
Iræ nonnihil ſubolet ratio.

*Fortuna fauebit tibi.*

Nõ dubito, qn fortuna ſit aliqñ benignius etiã tuis præclaris uirtutibꝰ reſponſura.
Reflabit fortuna.

*Feciſti hoc in tuum damnum,*

Aduerſus me hæc feciſti, ſed magno tuo malo, mea ſumma cum uoluptate.

*Dum licuerit meum in te animum oſtendam.*

Simul atq; dabit opportunitas declarabo, ſi nihil aliud certè propensũ in te aĩum.
Simul atq; uel paululum dabitur ocii, meum in te ſtudiũ cognoſces.

*Aliquid ſcribas, quo te uixiſſe teſteris.*

Iam nunc circunſpice, ac delige tibi argumentũ aliquod fœcundum, in quo declares poſteritati quantus ſis.

*Iam tendo ad mortem,*

Iam ad fabulæ meæ cataſtrophen accedo.
Iam capulo manum admoueo

*Fac quod ipſe iubes.*

Ipſe præſta quod preſcribis.
Experire qd ualet eloquẽtia.
Me Hercle lubẽs experirer, qd poſſit eloquentia.

*Huc ueni ante cœnam,*

ſed



*ſed cum periculo.*

Aliquãdo ante cœnã huc perueni, nõ tñ ſine periculo.

*Non poſſum hæc credere.*

Vix animum ad hoc queo inducere.

*Pauci hoc intelligũt.*

Perpauci illud ſyncerè tractãt

*Malus*

Peruerſiſſimus es, q alieno malo uel paſceris, uel creſcis.
Indignus es cui unq̃ bene ſit, qui malis gaudes alienis.

*Non habes negotiũ cum imbecilli.*

Experieris tibi cum hoĩe nequaq̃ edentulo rem eſſe.

*Pecunias non habeo.*

Exhauſi loculos omnes
Effudi pecunias omnes
Laxiſſimi ſunt nunc mihi loculi.

*Volo tibi gratificari.*

Si quid erit, in quo queam tibi gratificari, facito periculum, an ex aĩo te diligam.
Eſt apud me, quod putem tibi gratum fore.
Si qd me opus erit in tuo negocio, ipſe aduolabo.
Eſt quod tibi ſit ad dies aliquot gratificandum
Nos ita te deſideramus, ut interim te tuis commodis inſeruire uelimus.

*Coactus ſum clamare.*

Repente magnis clamoribus intolerabilem cruciatũ teſtari ſum coactus.

*Quod debebam, non feci.*

Vnũ quidē oblitus ſum, quod maximè curatũ oportuit.

*Defendi te.*

Ego à tuis aduerſariis ſteti.
Ego te ab aliorũ calũniis defendi.
Ego pro te, ut pro aris & focis pugnabo.
Tuas partes acerrimè defendã.

*Triſtia nuncia adfers.*

De rebus noſtris mihi parum læta nuncias

*In Gallia ſunt multi docti.*

Etiam atq; etiã noſtrę gratulor Gallię, quã uideo in dies magis atq; magis melioribꝰ literis manſueſcere, ac ſylueſtre ingenium exuere.
Gaudeo & glorior Galliã noſtram priſcę barbariei ueternum exuere, & in optimis literis fœliciter refloreſcere.
Omni ſtudiorũ genere effloreſcit, multis gēmis, multiſque ſtellis illuſtrat Gallia.

*Laboro plus in bonis literis, quàm reiiciendis barbaris.*

Plus opę inſumas in propagãdis optimis diſciplinis, q̃ in refellendis harũ hoſtibus.

*Sophiſticationes ſpernũtur.*

Nunc deſueſcunt tenebrarum portenta.

Iam paſſim ſophiſtici libri neglectui habentur.

*Emoriar ſi tibi uellem diſplicere.*

Chriſtum mihi iratum imprecor, ſi quid affecto, quod tibi diſplicere ſciam.

Vir malus ſim, ſi committam quod animũ tuũ offendat, niſi & amem hoĩem literis ac uirtuti fauentẽ, ingratꝰ etiã, ni redamem ultro prouocantem ad amicitiam.

Emoriar, ſi ullo unquam dicto, aut facto fuiſti laceſſitus à me.

Nolo ut mea cauſa quicquam agas aduerſus animi tui ſententiam.

*Cognoui ex ſcriptis tuis, te habere optimũ ingenium.*

Tua ſcripta mihi ſpecimen acris uegetiq; ingenij prębuerunt.

*Non uis conſumere tempus in nugis.*

Nõ libet in huiuſmodi nugis ſeriam operam ponere

Exoſculor egregium ac prorſus heroicũ animum tuum ꝙ has nugas poſthabeas.

Indecorum eſt, huiuſmodi ineptijs bonam temporis partem inſumere.

Moleſtum eſt, bonas literas in his nugis collocare

*Famulus tuus*

Si tua celſitudo dignabit̃ N. numero clientuloꝝ ſuorum adſcribere, dabimus operã, ne prorſus ignauũ, aut ingratum collegiſſe uideatur.

Me pergat tua nobilitas inter ſuos clientulos ponere, ſtudio certè nulli ceſſurum.

Vbicũq; gentium futurus ſim, certè polliceor quod tua celſitudo clientulum habitura eſt, ex animo deditum addictumq;.

*Nihil mihi contigit gratius q̃ tua epiſtola.*

Mihi certè nullũ pignus exhiberi potuit charius, maximè, quod nõ grauata ſit tua celſitudo tam prolixam epiſtolam deſcribere.

Emoriar ſi ullum deorum nectar ſuauius credam, q̃ epiſtolium tuum, Ciceroniana arte confectum.

*Nullas recepi literas.*

Mihi nihil hactenꝰ abs te reddit um eſt literarũ, neq; tuo, neq; patris nomine.

Nullæ ad me uenerunt literę.

*Scribam ad te, ne ſim ingra-*





*ingratus.*

Meis literis tibi me nõ ingratum fuiſſe teſtabor

Cùm licebit, declarabo ſcriptis ſaltem me nõ omninò immemorẽ tantę tamq; effuſę in me beneficentiæ.

Scribã ad te, ne officium tuũ in hominẽ parũ memorem parumq; gratum collocaſſe uidearis.

Ego pręſtabo ne poſſum meo merito dici ingratus.

*Amas literas.*

Multa opera & propenſione faues bonis literis

Quicqd habet fauoris, quicquid benignitatis, quicqd ſubſidij tua nobilitas, inſtaurandis honeſtis ſtudijs & euehendis tuendisq; ſtudiorum aſſertoribus, id totum impendis.

Tua obſeruantiſſima pietas fauet pijs ſtudijs.

Tu nõ indoctus, tum ingenio acerrimo palàm tueris bonas literas.

Placet mihi animi tui erga literas ſtudium

Faues bonis literis, & harum gratia mihi quoq;.

Nõ te pœnitebit amplecti, fauere, tueri meliores literas.

Hõ es Muſis ac Gratijs natus.

Vir inſtaurãdis humaniorib ꝰ ſtudijs diuinitus factus.

*Indocti doctis reluctantur.*

Veteris inſcitiæ patroni adhuc digladiantur, ut ſuam denobilitent ſtultitiam.

Fruſtra reluctãtur ueteris inſcitiæ patroni.

Barbari ſæuiunt adhuc, & liberè quoq; graſſantur, ſed nihil aliud, q̃ ſuam traducũt ſtultitiam.

Indocti ſe non putant incolumes fore, niſi oppreſſis bonis literis.

Indocti pertinacibus animis adhuc repugnant, ueterem inſcitiã manibus pedibuſque, ac mordicus etiam retinentes.

Video literarũ hoſtes hoc ſtudio moliri, ut nos committant arte planè tyrannica.

Hi nullũ non mouent lapidẽ, ut bonas literas paſſim reflorescentes opprimant.

Facit perpaucorum improbitas, ut qui bonis literis benè uolunt calumnientur.

Fruſtra reluctantur ueteris inſcitiæ myſtæ.

N. obſeruantiſſima pietas fauet ſtudijs.

*Literæ te honorabũt.*

Non erũt ingratę literæ, quin magis trilingui facundia uindicem ſuum immortali glorię conſeruabunt

Literæ non ſolum linguarum ac ſtudiorum genere, uerũ etiam & moribus, qui deceant optima ſtudia, te condecorabunt.

*Iter mea cauſa corripuiſti.*

Deploro tã longinquam profectionem tuam, totq́; periculis obnoxiam, noſtra cauſa ſuſceptam.

Doleo te angi mœrore, ob mea cauſa iter acceptum.

*Lætus.*

Omnem exorbuit moleſtiam

Omne tædium deuorauit.

Quæ pertulit tædia neglexit.

Omnia fert moderate

Non ſe conficit dolore ſibi exitiali, graui, acerbo.

*Cognoſco quòd me amas.*

Veterem tuũ in nos animum, nõ ſine uoluptate agnoſco.

Expertus ſum mirum tuum in me ſtudium

Gaudeo tua conſuetudine

Nõ ignorabã antea celſitudinis tuæ in me fauorẽ, tamẽ id plenius hodie cognoui.

*Faciam quod petes.*

Tu ſi mei in te animi periculũ facere uelis, aliqd uiciſſim oneris impone.

Idipſum aggrediar, q̊d à nobis tantopere efflagitas.

Nullã ſarcinã tam grauẽ, tam moleſtã inieceris, quæ mihi tua cauſa non leuiſſima, nõ etiam iucunda uideatur.

*Eundum eſt.*

Properandum mihi ſentio

Me propero iſthic ſubducere

Maturandũ eſt, nã fugã adorno.

Ad iter accingimur.

Suſcipiendum eſt iter

Eſt ſtatim à prãdio equitãdũ.

*Precor, ut uos inueniam ſanos.*

Precor, ut uos oẽs incolumes & recte ualentes offendam.

Faxit Chriſtus optimus maximus, ut uos omnes offendam incolumes.

*Faciam omnia pro te*

Ne me tantillum laboris tua cauſa effugiſſe putes

Imperaui animo meo, ut potui id facere.

Eſt mihi conſiliũ id tua cauſa facere

Nihil eſt quod in tui gratiam facturus non ſim

Si ego ſtudiũ ullum, ſi laborẽ, ſi uigilias ullas defugero, nõ recuſarim iſto teterrimo carbone denotari.

*Studeas.*

Te pro noſtra neceſſitudine hortor, ut toto animo literis incumbas.

Te pro noſtra amicitia hortari non deſinã, ut toto aĩo præclara ſtudia cõplectaris, ne



ne qd plebeiũ, ne quid mediocre, ſed ad ſumma ſemper enitere.

*Vale.*

Bene te ualere cupio

Vale, tuamq́; dignitatẽ Chriſtus optim⁹ inſtaurãdę uere pietatis, bonisq́; literis euehendis diu tueat̃ incolumẽ.

Bñ uale patrone ſingularis.

Valeat incolumis tua celſitudo, uir incomparabilis, & patrone ſumme.

*Deuinctus*

Si id feceris, me arctius deuincies.

Si id egeris, ſine periculo rem gratam facies, ſed opus eſt feſtinatione.

Antea me deditiſſimum habebas, nũc multò deuinctiorẽ.

Meliori noĩe me tibi aſtrinxiſti

*Faciam hoc propter amorem noſtrum.*

Id faciet conſuetudinis intermiſſio, ut de piſtrina mea in te beneuolentia nihil quicq̃ imminuiſſe uidear.

Pro uirili faciam ut intelligas neq; memoriam, neq; charitatem, neq; amicitiam noſtram intermorituram.

*Dico familiariter.*

Tecũ non ſecus ac mecũ loq̊r.

Tecum agam non obſcurè.

*Peſtis graſſatur*

Crebri huc rumores feruntur peſtem iſthic populari oĩa.

Nunc fatali quadã peſte feruent omnia.

Peſtis hic paſſim ſcintillat

Paſſim uagari peſtis cœpit

Audio peſtem iſthic increbreſcere, nec ea quidem longius abeſt.

Peſtilẽs aër Pariſios infeſtat.

Nũc peſtilẽtiæ fragor obſtrepit.

Peſtilentia laboratur.

Peſtis inclementiſſime ſæuit.

Pariſijs non minus ſæuit peſtis, q̃ iſthic Mars.

Frequentes huc, certiſſimiq́; rumores quotidie adferuntur, peſtilentiã iſthic maiorem in modum debacchari, nihilq́; reliqui facere.

*Non poſſum dicere, quantũ hic eloquentia uigeat.*

Mirum eſt dictu, q̃ hic paſſim, q̃ denſe ueterum literarum ſeges effloreſcat.

Apud Pariſios triumphant bonæ literæ.

Barbaries terris exceſſura uidetur extrema poſuiſſe ueſtigia.

Lutetiæ triumphant recta ſtudia.

Erigunt ſeſe recta ſtudia.

*Doctus.*

Tuo ingenio quid finxit natura uel mollius, uel dulcius,

cius, uel fœlicius?
In te quis illū abſolutū diſci-
plinarū orbem nō miretur?
Tuo ingenio quid acutius, qd
altius, quid emunctius?
Tuum ingenium indies magis
atq; magis exoſculant oēs.
Nihil tuo ingenio candidius.
Vtriuſq; literaturæ peritiſſi-
mus, & tuis uirtutib⁹ omni
bus gratiſſimus.
Bonarū literarū ac linguarū
præſidijs eſt inſtructus.

*Probus*

Eſt ea tuę mentis generoſiſſi-
mę ingenua ſimplicitas, ut
maxima etiā de cauſa men
tiri nec ſcias, ſi uelis: nec ue
lis, ſi ſcias.
Singulari probitate uir es, &
literarum amantiſſimus.

*Scribe ad me.*

Fac ad me q̃ ſæpiſſimè ſcribas
Expectamus omnino nō epi-
ſtolam, ſed ingentem lite-
rarum ſarcinam, quæ uel
grauet Aegyptium.
Fac ut frequenter ad nos ſcri-
bas, ſaltem quid ualeas.

*Saluta illum nomine meo.*

Meis uerbis illū ſalutabis ac-
curatè, & tuo more, hoc eſt
diligētiſſime gratias ages.
Familiares tuos nominatim
meo noīe ſaluere iubebis.
Nicolaum tuū multis de cau-
ſis q̃ commendatiſſimū eſſe
Illi ſalutem meis uer (cupio.
bis annuncia.
N. nos facias commendatio-
res, ſi uetus illa gratia etiā
uiuit, aut in gratiam repo-
nas ſi refrixit.
N. iuuenem iuxta modeſtū ac
eruditū, quęſo ne graueris
meo nomine ſalutare.
Illi mihi fratris loco dilecto
multis modis me facies cō-
mendatum.
Chriſtophorū, oīs humanita
tis antiſtitem diligenter &
meo nomine ſaluta.

*Pulchra.*

Nihil à natura fingi poſſit ue
nuſtius, nihil abſolutius.
Nec minus ſuperat omnes bo
nitate & prudentia, quàm
forma.

*Inuidos*

Nusq̃ ceſſant ſycophātæ mei,
ut nullū nō moueant lapi-
dem quo noceant mihi.
Non ignoro, q̃ pertinacibus
odijs me inſectentur quidā
odio bonarum literarum.
Sibilent, ut ſolēt, nonnulli, q̊s
tu non ignoras Zoili, ſed
ſpero nos aliquādo ex his
ſcopulis euolaturos.

*Deſidero amicos meos.*

Amicorum ſummo deſiderio
non poſſum non excrucia
ri, ac



ri, ac rurſum recordatione
recreor, dū illos mihi per-
petua cogitatione præſen-
tes reddo.

*Obliuiſci patriæ*
*non poſſum.*

Vt Campanię liceat obliuiſci,
quęrendus eſt mihi aliquis
fluuius lethęus, ne me diu-
ties cruciet eius deſideriū.
Non poſſum non dolere, quo-
ties in mentē uenit in Cam
pania, quod cœlum, quos
agros, quas eruditorū ho-
minū cōfabulationes, quā
fortunam, quas ſpes tam fa
cile reliquerim

*Integerrimæ uitæ.*

Vir eſt, præter ſummam uitæ
integritatem, doctrina q̊q;
uaria, reconditaq́; tum ani
mo minime ſordido, & ob
has dotes in ſummo precio
habitus.
Mea ſic eſt de tua integritate
confirmata opinio, ut de
meipſo ſim plus, q̃ de te du
bitaturus.

*Doleo mortem illius.*

Illius mortem deploro, hunc
tamē inter diuos colloco.
Mihi fuit acerbior eius uiri
Mœrorē mortis (mors.
illius nemo adimit.

*Sunt mihi amici in Cam-*
*pania.*

Campania multū animo blan
ditur, quæ tot talesq́; mihi
peperit amicos.
Campania eſt mihi uetere fa-
miliaritate, tum libertate,
poſtremò, propenſo quo-
dam in me fauore, ac ſtu-
dio dulciſſima.

*Integerrimæ uitæ*

Is uir eſt unus, cū quo nemo
ſit hac tempeſtate conferē
dus uel integritate uitę, uel
eruditione, uel animi mag
nitudine unum excipio N.
tanq̃ Achillem.
Vir eſt non ſolum admirabilī
integritate uitę, uerumeti-
am alta reconditaq́; doctrī
na, tum morum quoq; in-
credibili comitate commē
datus.
Vir eſt non literis ſolū ac mo
rum integritate, uerumetiā
rara prudentia, miroq; re-
rum uſu inſignis.
Vir eſt prudentia ſingularī,
ſumma integritate, ſed in-
genio perq̃ feſtiuo.

*Paratus ad*
*omnia.*

Teſtor me ad omnem nutum
paratum eſſe
Sum ad tua uota, ſi quiſpiam
alius accommodus.
Si quid excogitaſti, habebis
me ad iſtud facilimum.
Stude

*Studebo.*

Extricatis his ſpinetis philoſophicis, uacuo trãquilloq; aĩo Muſis & amicis uacabo

Confido me poſthac toto pectore in literis libenter uerſaturum.

*Dimitte ſophiſticationes,*

Sis Sophiſtices hoſtis, ac perfuga.

In ſpinoſos ſophiſtas magna libertate debacchare.

Cum ſophiſtis nõ minore animo depugnes, q̃ olim cum monſtris Hercules.

*Conſolandæ formulæ.*

Mihi non mediocri beneficio fuit tua tã amica cõſolatio.

Rebus meis tam afflictis mederi potes.

Tu non ſolis uerbis dolorem meum lenire, ſed animum meũ conſolãdo ſubleuare

Vulnus animi mei ſem (ſoles. per mitigas, tantũ abeſt ut exulceres.

Tu tempeſtiua conſolatione, ueluti ualido quodã pharmaco, animi mei ęgritudinem expuliſti.

Te conſolatore mihi magnopere eſt opus.

Dolori meo mederi ſtudes

Cùm me acerbus animi dolor totũ poſſideret, tempeſtiuus adfuiſti conſolator.

Cùm grauiſſimo animi morbo tenerer, magnis me affeciſti ſolatijs.

Tu ad conſolandũ nõ parum idoneus, q̃ties aĩo angor, me ualidiſſime confirmas.

Aegritudini, qua animꝰ meus afflictabať, præſentiſſimũ medicamentũ adhibuiſti.

Multũ annixus es, ut dolorẽ meum poſſes lenire.

Nihil æque dolorem meum leuabit, q̃ tua peramica conſolatio.

Tu me tam amicè cõſolari ſoles, q̃ filium mater.

A te perſæpe fui in luctu meo amantiſſime confirmatus.

Tua conſolatione nunq̃ non fui ſubleuatus

Quoties acerbũ aliquod animi uulnus accepi, affuiſti in tempore conſolator.

In rebus meis aduerſis nulla unq̃ fuit præſentior conſolatio, q̃ quæ abs te proficiſcebatur.

Non inanibus fomentis mœrorem meum leniuiſti.

Quoties acerbi quippiam mihi accidit, optima mihi cõſolatrix affuit cœleſtis & Euangelica philoſophia.

*Criminandi formulæ*

Non occurrit uocabulũ, quo rem atrociſſimam ſatis dignè



dignè explicem.

Nulla tragœdia nephario ſceleri par inueniri poteſt.

Homo eſt omnium, quos terra ſuſtinet, impijſſimus.

O portentũ irato Genio, dijs iratis, & læuo ſydere natũ.

O miſerãdę cõditionis hoĩem

O feros animos

O crudeles cogitationes

O derelictos ab humanitate homines

Quod ſupplicium huic truculentiſſimo, atq; nefario facinori par eſſe poteſt?

Tace fucatiſſime nebulo, qui mira quadã, ſed falſiſſima, probitatis ſpecie neminẽ, quãlibet aſtutũ, non fallis.

Abi in malam rem ſcelus.

Quid tibi poſthac ſceleratum uideri poterit, cùm te non legum metus, nõ numinis ullius reuerẽtia, à flagitijs queat dehorrari.

*Exprobrandi formulæ.*

Tuã nulli tolerandã ingratitudinẽ q̃s nõ exprobraret?

Non tandem pudebit te tui ſenex, omnium qui uiuunt, ingratiſſime?

Cupiebam tuam ingratitudinem ſilentio diſſimulare, ſed meam modeſtiam uicit tua improbitas.

Tu oĩm ingratiſſime pro ſummis officijs, quantũ potes, maleficiorum reponis.

Ingratitudinis tuæ teſtis eſt tua conſciẽtia, tam multis ſceleribus polluta.

Dic mihi, omnium quos ſol uidet ingratiſſime, quis tuos mores uel unum diem pati poſſet?

Tu hoĩem abunde de te meritum non ſolùm non amas, ſed odio graui ꝓſequeris.

Quid te uno ingratius, ſed quĩ putida tua lingua eũ inſectaris, cuius tu linguã officioſiſſimam es expertus.

Tu pro officijs ea reponis ingratiſſimum monſtrũ, quę hoſtis non faceret hoſti.

*Gratias agendi formulæ.*

Quid ego tibi multis uerbis gratias agam?

Facere nõ poſſum, quin in ſingulas res, meritaq; tua tibĩ gratias agam.

Tantum me tibi debere exiſtĩmo, quantum perſoluere difficile eſt.

Iam non ago gratias, cùm eã re uix queam referre, quĩ fiet, ut uerbis ſatisfaciam?

Quod referre gratiã ita ut uolebam non poſſum, fortunæ debes imputare.

Si dignam gratiarũ actionem promittere nõ poſſum, certè reipſa atq; animo nunq̃ deſinam.

Vtinã

Vtinam eam mihi ſuperi concedant aliquando facultatẽ ut poſſim hunc animum tui ardentiſſimum, re potius q̃ uerbis declarare.

Quid referam tuo in me animo dignũ, nihil habeo, niſi meipſum, quem ſi alicuius eſſe precij putas, totũ peculio tuo aſſcribito.

Ne diligentius tibi gratias agam noſtra familiaritas flagitare uidetur.

Ego re, q̃ uerbis tantũ in me beneficiũ rependere malim

Immortales ago tibi gratias, agam dum uiuam, nam relaturum me affirmare nõ poſſum.

Tanta neceſſitudo, quantã tu mihi tecum eſſe uoluiſti, deſiderare gratiarũ actionem non uidetur.

Noli expectare dum tibi gratias agam, iampridem hoc ex noſtra neceſſitudine ſublatum eſſe oportuit.

Cùm gratias agere pares non queam, hoc faciam, q̃d mihi reliquum eſt, te amabo, te colam, te uenerabor.

Habeo tibi, & ſemper habebo gratias, nõ ſolum ut amico, ſed ut homini doctiſſimo.

Gratias tibi tam multas ago, ut quas alijs quãlibet amicis agam, non habeam, habeã quas non agam.

*Græcè & Latinè doctus.*

Par eſt in utriuſq; orationis facultate

Græca ſemper Latinis coniunxit

Græci ſermonis perinde ac Latini callentiſſimus.

In ſtudio utriuſq; linguæ bonas horas conſumpſit.

Græcitatẽ Latinitati æquauit in utroq; dicendi genere.

Græco & Latino fœliciter laborauit.

Quantum in utriuſq; linguæ ſtudio profecerit omnibus eſt in aperto.

Vtriuſq; linguæ peritiam eſt iam abundè conſecutus.

In utriuſq; linguæ ſtudio magnos fecit progreſſus.

Vtraq; in lingua ſeſe perbellè excoluit.

Coniunctam habet cum Latinitate Græcitatem.

Rhomanæ Græcæq; linguæ non neſcius

Vtriuſque literaturæ palmam magno eruditoꝵ omnium conſenſu iamdudum Italis præripuit Budæus.

*Detrahitur mihi.*

Me in omnibus concionibus, in conuiuijs, in colloquijs, ſic lapidãt conuitijs, ut nec ipſi



ipſi Stephano ceſſurus uidear.

Ego ſine fine lapidor à tot examinibus rabularum.

*Impende bonis literis tempus, quod dediſſes nænijs.*

Tu quod temporis eras perditurus, aut certè malè collocaturus, rixando cum malis rabulis, hoc bonis ſtudijs impende.

Hoc operæ, quod in reprehendẽdis alijs impẽſurus eras, diſcendæ grammaticæ diſcendisq; bonis literis impartire.

*Pœnitet me ſtuduiſſe, eò quòd nullam utilitatem referam.*

Studiorum meorum me capit pœnitudo, tanq̃ quæ nullã frugem attulerunt.

Me piget laboris literis impenſi.

Nonnunq̃ mearum uigiliarũ propemodum me pœnitet

*Commendo tibi res meas.*

Res meas, quas apud te depoſui, tibi etiam atq; etiam commendo.

*Nunquam ero ingratus.*

Sæuiant in me fata mea, afflictiſſimum facere poſſunt, ingratum neq; facient, neque poterunt.

Non ſum adeò ruſticè ingratus, ut quędã accipere mea poſtulet neceſſitas.

O me terq; quaterq; fœlicem ſi qua unq̃ dabitur opportunitas, qua animum non modò non ingratum declarem, ſed gratiſſimum fuiſſe commonſtrem.

*Pereant inuidi.*

Sycophantis iſtis, qui nos dirũ munt, præcor quæ talibus digna ſunt.

Nõ remoror, ne magis in me murmurent iſti inuidi.

Vtinam magnus ille Iupiter, uniuerſum hoc hominum genus fulmine adigat in tartara.

*Oportet obedire patri.*

Mos patri gerendus eſt

Morigerandum eſt patri

Obſequendum eſt

Obſequium dandum eſt.

Patri concedendum

Inſeruiendum eſt

Obſeruiendum.

*Parcè erratis.*

Remitte mulctam

Hanc unam ignoſce culpam

Condona admiſſum

Da ueniã iuuenilibus erratis.

Ad hoc uitiũ uelis conniuere.

*Ornat.*

Comit, Expolit, Exornat, Venuſtat, Honeſtat, picturat.

Nos

*Decepit nos.*

Impoſuit nobis. Nos fefellit.
Circumuenit. Circunſcripſit.
Circunduxit. Verba dedit.
Fucum fecit. Fecit impoſturã
Deluſit. Eluſit.
Rem aſtu tractauit.
Ad mouendum animum meũ multo aſtu irrepſit
Me in fraudem illexit
Arte me tractauit
Dolo mecum egit, fraude, technis, præſtigijs, uerſutia, aſtu, aſtutia, officijs, impoſtura.

*Mihi amicus*

Vtor eo familiariter
Eſt mihi cum illo arctiſſima neceſſitudo
Sum illi ſumma familiaritate coniunctus
Sum illi amicus
Summa mihi cum illo familiaritas intercedit
Multus eſt mihi uſus cum homine
Mutua quędam beneuolentia iampridem inter nos eſt

*Spero.*

Spero fore.
Nonnulla ſpes eſt fore.
Venio in ſpem. In ſpem uocor
Erectus ſum in ſpem
Concipio ſpem
Nonnulla me ſpes habet
Maxima ſpe teneor
Magna me ſpes tenet
Adducor in ſpem
Nonnulla me ſpes cepit
Spei nonnihil affulſit
Arridet ſpes, & adblanditur.
Inijcior in ſpem.

*Nego me hoc commiſiſſe.*

Deprecor hanc culpam
Depello à me hoc crimen.
Auerſor Abominor
Reijcio Refello
Propulſo à me.
Profligor Amolior.

*Ab infantia.*

Ab ineunte ætate
A puero A paruulo.
Ab adoleſcentia
A teneris unguiculis.
A rudibus annis
A prima pueritia
Ab ipſo uitæ exordio
Ab ipſo limine
Ab incunabulis
Ab ipſis crepundijs
A tenero. A tenera ætate.
Cum ipſo nutricis lacte ſugimus errorem.

*Diligenter*

Accurate Exacte.
Elaborate Ad unguem.
Ad amuſſim Examuſſim.
Ad perpendiculum
Summa cura
Exquiſitè.

*Perfecit*

Abſoluit





Exegit monimentum.
Finem impoſuit
Finem dicendi fecit.
Finiuit
Summam manum impoſuit.
Ad umbilicum duxit.
Faſtigium impoſuit.
Colophonem addidit.
Supremam manum adiunxit.
Extremum actum addidit
Ad metam uſq; perduxit

*Te amat*

Vnicè diligit
Amat effuſiſſime
Te habet chariſſimum
Admiranda quadam charitate proſequitur.
Te uno nihil habet antiquius
Non amat modò uerumetiam obſeruat.
Singulari beneuolentia proſequitur
Animo toto te complectitur.
Flagrat amore tui
Eſt tui amantiſſimus
Tui tuorumq; omnium obſeruantiſſimus
Ex animo tibi bene uult.
Bene cupit tibi
Te tuaq; omnia exoſculatur.
Eſt obſeruãtiſſimo in te aĩo.

*Cupit laudem*

Laudis auidus. Auarus.
Amans glorię. Cupiens famę.
Sitit famam. Sitit gloriam.
Eſt laudis humanæ eſurientiſſimus.
Nullius rei q̃ laudis ambitioſior.
Laudis appetens
Inhiat laudi

*Promitto.*

Magnfice polliceor
Spondeo futurum
Deſpondeo
Recipio me id facturum
Ita tibi ſtipulanti paciſcor
Do fidem futurum
Confirmo futurum.

*Vituperatur.*

Non omnes hoc probant
Culpant plurimi
Vitio uertũt admodũ multi.
Datur dedecori
Probro datur
Criminantur pleriq; hoc factum.
Damnant Reprehendunt.
Improbant. Suggillant.
Taxant. Notant.
Atro notant calculo.
Nigriori lapillo ſignãt.

*Omnes probant tuam ſententiam.*

Album addunt calculum
Subſcribunt tuæ ſententiæ
Suffragantur omnes
Refragantur nulli
Laudibus ferunt
Laudibus uehunt

*Fecit ex induſtria.*

Prudens fecit.
Data opera
Dedita opera.

Studio hoc fecit.
Studioſe. Conſulto.
Conſulta opera. Cōpoſito.
Ex compoſito. Ex deſtinato

*In principio.*

In ipſis primordijs
In primis rudimentis
In capite literarum.
In prima ſtatim fronte
In ipſo limine
In ipſo quaſi ueſtibulo.
In exortu. In initio operis.
In ipſo operis ingreſſu.
In ipſis foribus
In frontiſpicio.

*In fine.*

In calce. In poſtrema parte.
In extremo actu.

*Accepi tuas inuectiuas.*

Tuæ conuitiatrices epiſtolæ ad me uſq; penetrarunt.
Nouas excitaſti tragœdias, neq; quicquam aperto Marte geſtum eſt, technis, cuniculis omnia ac ſtrophis acta ſunt.
Omnia imples rumoribus inimicis, nec tuę famę conſulis
Inuectiuarum ſagittas in oēs uibras
Stolidiſſimè egregias tragœdias excitaſti.

*Garris, & neſcis quid dicas.*

Verborum turbam magnitudine inani uaſtam euomis.
Scates plurima, eaq; indigeſta uerborum caterua.
Obſtrepis inaniter
Dodonæum es uideris.
Verbis cauſam agis, & nō ratione.
Cornicaris ineptè.
Quid eſt quod obgannis?
Non eſt cur grunnias.
Potius rudere q̃ loqui uideris
Non dicere, ſed lallare crederis,
Ne graculo quidem cedis loquacitate
Superas & turturem, nedum æquiparas.
Homericū Therſiten fœda uerborum congerie conuincis.
Nil tibi cum Lacone
Eſt tibi dicacitatis plurimū, ſapientiæ quidē pauxillulū.
Supra modum loquitans, oīa conturbas.
Tu es impendio dicacior.
Citeria garrulior
Vnus cum multis Citerijs certare poſſes

*Inuides*

Me degrauas inuidia
Me immerentem lethali linguæ ueneno ſine fine confodis.
Commodis alienis maceraris

*Excitaſti tragœdias in me.*

In me omnes pectoris æſtus effundis

In me



In me animi tui motus infundis.
Abunde in me detornatum eſt conuitijs.

*Seruet te deus.*

Bene ualentē, & ad cœleſtia anhelantē te ſeruet, ac prouehat Chriſtus, unica ſpes piarum mentium.
Ieſus te ſeruet ſemper ad meliora proficientem
Celſitudinem tuam nobis ſeruet Chriſtus optimus maxi incolumem.

*Optant pacem principes.*

Cernimus immutatos principum animos ad pacis concordiaq; ſtudium totis uiribus incumbere.
Ardent ſubmouendi belli, pacisq; conglutinādæ ſtudio.
Principes funditus reciſis bellorū ſeminarijs, pacem ſolidis &, uti ſpero, adamātinis uinculis aſtringunt.

*Expugauit barbariem*

Eraſmus multorū barbariem cœpit inceſſere
Video Latinas literas indies magis magisq; effloreſcere.

*Omnes legunt Ciceronem.*

Tanto ardore nunc Cicero ab uniuerſis huius academię alumnis legitur, rapitur, tenetur, ut dictu propè ſit incredibile.
Iam paſſim in publicis auditorijs unius N. nomen perſtrepit.

*Mihi detrahis.*

Impotenti odio, uiolentaque lingua debaccharis in meā famam, oculis ardentibus, labijs ſpumantibus, uoce immani, toto deniq; corporis habitu, liuorē & odium teſtaris.
Vndique odij, liuoris, & obtrectationis materiam colligis.

*Fauet literis.*

Adeò propèſe fauet literis, ut ſuis etiam damnis faueat.
Maiorem in modum gaudeo te uirum nullis & huius, & alijs omnibus dotibus inferiorem, toto pectore literis fauere.

*Cognoſco tuam in me beneuolentiam.*

Ingratiſſimus ſim mortalium omniū ornatiſſime, ni tuū in me animum, tuum erga me ſtudium agnoſcam.
Equidē multiplici argumento tuam in me beneuolentiam agnoſco.

*Odiſti literas.*

Iampridem cum bonis literis bellum geris.
Tu magno ſtudio conſpiras in bonas literas.

Tibi gratiſſimæ ſunt bonę literæ.

*Doleo ob ueſtram diſcordiam.*

Dici non poteſt, q̃ acerbiſſime feram hoc diſſidij inter uos incidiſſe, quorum utriuſq; & ingenium adamo, & gloriæ faueo.

Diſſidium iſtud indies gliſcere doleo.

Oborta eſt inter eos grauis conflictatio, unde natus animo meo mœror.

*Doctus.*

Tu, ceu Geryon, triplici literatura inſtructus es.

Vir es pręter utranq; literaturam, qua neminē tuorum non ſuperas, iudicio excuſſo, emunctiſſimoq;, tum modeſtia quadam inaudita, poſtremo moribus feſtiuis, ac citra grauitatis detrimentū amœnis.

*Non amo diſcordias*

Mihi diſplicent diſſidia

Mihi ſtat, ſemperq; ſtabit ſententia, uel membratim diſcerpi potius, q̃ fouere diſcordiam.

*Liber dignus memoria.*

Liber dignus eſt, qui poſteritatis memoriam promereri uideatur.

In Apollinis templo collocabitur.

*Numeras me inter amicos.*

Tu uir uirtutum laude cumulatiſſimus, non grauatus es, nos qui nihil ſumus, politiſſimis literis tuis ad amicitiā prouocare.

Humaniſſimis ſimul & elegantiſſimis tuis literis etiam in amicorum tuorum numerū me cooptaſti.

*Delector ſtylo tuo.*

Nullius ſtylo magis, q̃ tuo capior.

Tuus ſtylus eſt caſtiſſimus, & ab omni næuo puriſſimus.

*Dum fuerit ocium, ſcribam ad te.*

Simul atq; me laboribus nōnihil extricauero, libebit uel iuſtis uoluminibus tecū congredi.

Simul atq; dabitē ociū, nō literis modò, uerumetiā iuſtis uoluminib⁹ te onerabo.

Tibi ſcribā cū ociū cōtigerit, & nuncius paulò certior.

*Prudens*

Nil unq̃ produxit rerū natura, aut prudentius, aut candidius, aut benignius.

Scio te uirum eſſe ſingulari etiam præditum prudentia, animiq; magnitudine, quæ deceat hominem neutiquam plebeium.



*Malè pereat.*

Faceſſat, Pereat, Abeat.

Ducat ſitum, Interimatur.

Febri quartana intabeſcat

Paſcat tineas. Paſcat coruos.

Hinc procul abſcedat ultra Sauromatas, & glacialem Oceanum.

Mandamus illi laqueum.

Mediū illi oſtendimus unguē.

Vertimus pollicem

Cedat ex humanis

Tollatur è medio

Arborē ſibi ſuſpendio eligat.

Crucem ſibi eligat

Eat ad coruos

*Neſcit loqui,*

Eſt rana quædam Seriphia

Homo planè mutus

Canendi dicēdiq; prorſus imperitus

Ne uocē quidē unam (peritus concinnè edit

Elinguem putaris

Infantiſſimum iudicares.

Parum à muto differt

Haud ſcio an obbruteſcat potius, q̃ obmuteſcat.

*Veriſſima ſunt.*

Ex tripode dicta.

Vehementer uera, atq; indubitata.

Certiſſima perinde, quaſi ex Apollinis oraculo ꝓfecta.

Ne unum quidem Sybillæ folium fuit unquam uerius.

Oraculum Apollinis non uerius fuerit.

Ne ſi Pythius quidē affirmaſſet, ueriora eſſe poſſent.

Hoc puto uatem dixiſſe

Eſt folium Sybillæ.

*Loquar intelligibilius.*

Pinguiore Minerua agam

Dicam craſſa (ut aiunt) Minerua

Rem ſubtiliſſimam pingui Minerua tractabo

Craſſiore Muſa hanc dubitationem eximam.

Pinguiore formula loquar.

Rudius ac planius dicam

Apertius & clarius effabor

Exprimam quod ſentio, non exactis rationibus, aut argutijs, ſed ueluti citra artē, ſynceriterq;, & ſimpliciter.

Simpliciter eloquar, atq; clarius.

Apertè & dilucidè afferam

Tam perſpicuè loquar, ut quęuis muliercula, aut cerdo, intelligere queat.

Agam haud obſcurè

Nudis (q̄d aiunt) uerbis rē tractabo.

Craſſius explanatiusq; proloquar.

Simpliciter & apertè dicam.

*Non idoneus ad dialecticen.*

Illotis pedibus dialecticen ingrederis.

Confidêter atq; imperitè dia lecticen aggrederis.
Profanè & irreuerêter ad dia lectices ſacra accedis
Haudquaq̃ lotis (ut aiũt) manibus ad dialecticẽ aduolas
Inexercitatus atq; rudis illuc irrumpis.
Ad hæc ſacra illotis manibus irrumpis
Irreuerenter & imparatè.

*Nimis parcus.*

Impendio parcus, ac propemodum ſordidus.
Eſt cumini ſector
Cupit ſecuiſſe cuminum
Eſt κυμινοπρίϛης cyminopriſtes
Ob nimiam parſimoniam malè audit.
Homo uehementer parcus
Ficos diuideret.
Plautino Euclione tenacior.

*Nihil eſt dignum caſtigatione.*

Tam elimata ſunt tua ſcripta ut minutulas cerulas non extimeſcant.
Caſtigatiora ſunt quę ſcribis, quàm ut unguium nota indigeant.
Non metuunt tranſuerſi calami ſignum.
Neq; obeliſcos, neq; aſteriſcos pertimeſcunt.
Tranſuerſi calami rugas euaſerunt.

*Formulæ deprecandi.*

Si qd in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignoſce.
Ignoſce ætati, quia puer, quia rerum imperitus, culpam fateor, oro ueniam, noxæ me dedo.
Hunc meum errorem, ſi mihi condonaueris, ego officijs abunde penſabo
Si mihi huius delicti gratiam feceris, habebis me poſthac tibi multo addictiorem.
Nunq̃ putaſſem fore, ut ſupplex ad te uenirẽ, ſed Hercule, facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum.
Vt hoc errati mihi condones cogita oẽs hoĩes aliquo interdum errore duci.
Si rurſum peccauero pater, meipſum ad quodcunq; uoles ſupplicium depoſcito.
Vt iure peccanti mihi ſuccenſuiſti, ita pœnitenti mihi æquum eſt ignoſcere.

*Nunciabo quicquid noui fiet.*

Quicquid interim nouorum orietur tibi ſcribam, quia ſcire uehementer cupis.
Audies poſthac ex me noua quæcunq; hic gerantur.
Si quid nouarum rerum hic geratur, curabo ut quàm pri-



mùm reſciſcas.
Si qd interea noui emerſerit, faciam te q̃ primũ certiorẽ.
Curabo ne qd rerum noſtrarum ignores.
Indicabo, ſi qd ſit quod te ſcire tua magnopere interſit.
Quæ hic gerentur ex me accipies.
De toto ſtatu rerum communium, quæ & quales ſint ex me cognoſces.
Mittam ad te ponderoſas epiſtolas, plenas oĩm nõ modò actorum, ſed etiam opinionum & rumorum.
Scribam ad te omnibus de rebus, quæ hic agentur.
Scribam ad te (quem noui curioſum) nõ ſolum quid geſtum ſit, aut geratur, uerum etiã quid diuinem futurũ.
Si quid exiſtat noui, tibi per literas indicabo.

*Sanandi formulæ*

Huic morbo facile mederi poſſumus.
Huic malo illud erit remedio.
Hoc poculũ te febre leuabit.
Animi morbos ſanat philoſophia.
Morbis omnibus liberabis.
Theologia morbos animi pellit, medicatur'q;
Vinũ lenit cruciatũ dentium.
Malua leuat tormina uteri.
Somnus mitigat dolores capitis, ſedat, fugat, ſopit, leuat.
Morbo huic arte ſuccurres.
Aduerſus hoc morbi efficax eſt apium.
Contra carcinomata ualet mel.
Cicuta obſiſtit ebrietati

*Non multum curo.*

Nihil mea intereſt
Nihil mea refert.
Parui mea intereſt
Non magni mea refert
Non admodũ mea intereſt.
Equidem haud magno in diſcrimine pono.
Nihil laboro
Hoc & illud iuxta pono
Manum non uerterim
Sus'q; de'q; fero
Sus'q; de'q; habeo
Hoc eſt apũd me citra diſcrimẽ
Citra delectũ eſt apud me.

*Accuſandi formulæ*

Accuſatus eſt furti
Hic furti ſe alligauit.
Poſtulatus eſt repetundarum
Delatus eſt proditionis
Eſt reus peculatus
Lis ei intenta eſt.
Dica ei eſt ſcripta
Accercitus eſt capitis.
Agit reum peculatus.
Dies illi dicta eſt
Eſt damnatus de repetundis.

*Obtrectandi formulæ*

Nil niſi mera conuitia effundunt obtrectatores.
Nihil non cauillantur.

Impiiſſimis blaterãmẽtis laſciuiunt.

Dente theonino arrodunt omnes.

Omnium ſtudiis oblatrant.

Ferocius atq; immanius oblatrant, q̃ credi poſſit.

Ad rauim uſq; debacchantur.

Alienam famam nunq̃ non lacerant.

Sceleratiſſimum quodq; infamiæ genus inſontibus impingunt.

Nuſq̃ nõ grunniũt, & ad grunnitũ ferè ſuos prouocant.

Bonorũ uirorũ nõia ſuæ linguę uirulẽtia contaminat.

Ad mordendum & calumniãdum linguam habent q̃ paratiſſimam

In conſpurcanda bonorũ uirorum fama ſalſi ſibi uidẽtur & uenuſti.

Tanta eſt illis lædendi libido ut inſontes iuxta ac ſontes calumnientur.

Nihil non cauillantur ſycophantæ.

Rabulę iſti ſunt morbo maledicentię bis cæci.

Nihil tam blandè, nihil tam ſimpliciter, nihil tam circũſpectè agi diciue poteſt, q̊d maleuoli nõ rapiant in calumniam.

*Maximè expeto amicitias.*

Nemo me uiuit, amicitiæ uel cupiẽtior, uel tenacior.

Non ſum is, qui ad amicitiam cum aliis adglutinandam prouocari uelim.

Sum natura propenſior ad ineundam amicitiam, q̃ ut facile credas.

Nulli nõ cupiam eſſe amicus.

Nullius, niſi improbi, amicitiam non ambio.

Oĩm proborum amicitias ſynceriter amplector.

Adiungẽdam cum optimo q̊que amicitiam meus me haud ſegniter impellit genius.

In amicitiam multorum inſinuari uehementer ardeo.

Ego non ſolum oblatas amicitias diligenter colo, uerũ etiam ſponte mea alios ad mutuum amorẽ prouoco.

Sum pertinaciſſimus amicorum cultor.

*Ad deteſtandam ſuperbiam formulæ.*

Perniciofiſſimus animæ morbus eſt ferocitas & arrogãtia.

Nullũ uitiũ deo inuiſius eſt arrogantia.

Faſtus ille inſolens, fons eſt, unde ferè ſcatet, quicquid eſt capitalium uitiorum.

Nihil omnino eſt ſuperciliis iſtis intolerabilius.





Nullum ſtultitiæ genus deploratius, q̃ ſi homuncionib⁹ nobis animus turgeſcat.

Vix decimũ quenq; reperias, qui faſtuoſorũ hoĩm ſupercilia non exhorreſcat.

Nullũ hoĩm genus diis mortalibuſq; inuiſum magis, q̃ feroces iſti, & ueluti Suffęni Catulliani.

Nihil ad humanos congreſſus conuictuſq; ineptius, arrogantibus iſtis & ſuperbis.

Cùm aliis in reb⁹ ſimile ſimili gaudeat, ſuperbus ſuperbo nunq̃ adglutinatur, tantum abeſt ut oblectetur.

Nullum aliud ſtoliditatis documentum, q̃ ſi quis ſibi uehementer placeat.

*Formulæ, quibus modeſtiam (quam humilitatem dicũt) exprimimus.*

Hic nihil omnium, quæ ſol uidet, ſibi arrogat.

Cedit omnibus, ſibi diſplicet.

Hic maxime oĩm ſe deiicit.

Hunc modeſtia ſua nemini nõ gratum præſtat.

Hunc omnibus ſua conciliat humilitas.

Huic quis nõ faueret, cùm modeſtiæ faueant & Ethnici.

Modeſtia & diuinũ fauorem conciliat, & hominum beneuolentiam adglutinat.

*Ad deteſtationem libidinis formulæ.*

Malo libidinis nullũ aliud neque latius patet, neq; plures in exitium trahit.

Fœda libido mortaleis nõ pecudibus modò, uerumetiã ſuibus, hircis, canibus, & brutorum brutiſſimis animalibus æquat.

Libidinis ardor nos infra pecudum conditionẽ deiicit.

Inſyncera libido plus aloës ſemper q̃ mellis habet.

Fœda illa uoluptatis momentaneæ titillatio ſimul & animum & corpus indignis modis polluit.

Blanda illa ſpurcæ libidinis peſtis magnum malorum agmen ſecum trahit.

Nullus uitii rumor ſpurcius olet q̃ libidinis.

Spurca libido ab omnibus honeſtis ſtudiis ſemel auocat, hominemq; quantus eſt, totum cœno immergit.

Fœda libido nihil ſinit, niſi ſordidum, ſpurcum, humile cogitare.

Nemo poteſt non turpiter, & infœliciter uoluptatẽ cõſectari.

Quàm indecorũ, q̃q; inſanum eſt, tam miſerè amare ut palleſcas, macereris, blandiaris?

Quàm fœdum eſt hominem ad ſumma, diuinaq́; natum, turpiter ſupplicem eſſe ſcorto putidiſſimo.

Ingentem ſcelerum gregē uoluptas ſemel admiſſa ſolet adducere.

Libido cum maximis, plurimisq́; peccatis, nunquā nō eſt copulata.

Voluptas ſic in tranſuerſum rapit mentes mortalium, ut q eius capiſtros porrexerit ſuus oīno deſinat eſſe, fiatq́; quouis Oreſte inſanior.

Iſthæc horaria, breuisq́; & exigua uoluptas, æternis cruciatibus ſemel luēda eſt.

Semel guſtata uoluptas, ſic mentē excantat obſcuratq́;, ut de turpitudine eas in turpitudinē, quo quid execrabilius monſtruoſiusq́;?

In nullo uitæ ſtatu non turpiſſimū eſt ſeruire libidini.

*In deteſtationem auaritiæ formulæ.*

Sordidū eſt, anguſtiq́; & parui animi, tantopere demirari res mutas & uiliſſimas.

Aurū nemo gentiliū nō philoſophorum contempſit.

Cōtemnere diuitias, abunde generoſum, magnificūq́; eſt.

Mirari pecuniam cū uitio eſt coniunctum.

Nihil tam extra nos eſt, tāq́; exiguam commoditatem affert, quàm pecunia.

Hoc titulo uel infœliciſſimus eſt diues, quod amicos ne dignoſcere quidem poteſt.

Pecuniæ uerorū malorū plurimū adferunt, & uerorū bonorum plurimum adimunt.

Pecuniæ amor, ſtudiumq́; omnem animi tranquillitatem mille curis dilaniant.

In oēe nefas præcipites nos adigunt numi.

Ingēs opulētia nunq̄ ſine peccato, uel paratur uel ſeruat.

Quiſquis admirator eſt auri odit uirtutis indolem, odit & omnes honeſtas artes.

*Ad laudandum principem formulæ accommodæ.*

Franciſcus Valeſius, principum, qui in terris agit, ampliſſimus.

Nullum ſapientiæ genus eſt quo hic noſter princeps nō ſit præditus.

Animum habet optimis, ac principe dignis rationibus imbutum.

Eſt princeps animo excelſo, infracto, inuicto, & oībus humanis rebus ſuperiore.

Quantū alios fœlicitate ſuperat, tantū anteit & ſapiētia.

Ea eſt ſuæ naturæ bonitas, ea mētis integritas, ea uis ingenij



genij, ea ſub incorruptiſſimis præceptoribus inſtitutio, ut ſpes certiſſima ſit Galliarum regnum incruentum ſemper, & tranquillum fore.

Integri ueriq́; Chriſtiani principis ſimulachrum omnib⁹ oſtendit.

Regijs dotibus anteit reliquos.

Tam bono principi quid non debet Gallia?

Bene regnādi artem (qua nulla neq; pulchrior, neq; difficilior) ſic didicit, ut exerceat.

Breui & efficaci uia populi mores corrigit incorrupta principis uita.

Tam ſalutaris eſt ſuæ Reipublicæ princeps, ut quemadmodum à Plutarcho dictū eſt, ſit uiuum quoddam dei ſimulacrum.

Franciſcus princeps, ut optimus, ita potentiſſimus.

Summam potentiam ſummæ ſapientiæ coniunxit Galliarum princeps.

Incorruptus tanti principis animus, eſt una populi tumultuantis ueluti ſacra ancora.

Princeps eſt ab humilib⁹ uulgi curis, ac ſordidis affectibus q̄ longiſſime ſemotus.

Tam uera ſui animi celſitudo ut ſemper dedignet quicq̄ admittere principe indignum.

Franciſcus Valeſius, integerrimi principis titulo dignus eſt, ut qui non Rempublicam ſibi, ſed ſe Reipublicę dicauerit.

Princeps eſt oībus uirtutū numeris abſolutus, omniūq́; bono natus.

Princeps ſubleuandis rebus mortalium à ſuperis datus.

Princeps eſt qui oībus proſpicit, nulli non conſulit.

Huic principi nihil eſt antiquius, nihilq́; dulcius Republica.

Noſtro principi plusq̄ paternus eſt in oēs animus

Princeps hic noctes ac dies nihil aliud agit nititurq́;, q̄ ut optimè ſit omnibus.

Adeò cupit de ciuibus ſuis benemereri, ut ſi neceſſe ſit, nō dubitet ſuo periculo illorum incolumitati conſulere.

Nullum ſibi relinquit ocium, quo patriæ ſuæ liceat in ocio uitam agere.

Galliarum princeps ſe iugib⁹ curis diſcrutiat, quò ciuib⁹ ſuis ſuppetat trāquillitas.

FINIS.

# ENCHIRIDII AD COPIAM

*magna ex acceßione aucti pars ſecunda, quæ formulas adagiales in ſeriem ſynonymiæ regeſtas complectitur.*

*Formulæ prouerbiales, exprimentes aliquem eſſe muneribus corruptum.*

Argentanginā patitur
Bouem portat in faucibus.
Bouem habet in lingua.
Malis eſt percuſſus
Pomis aureis petitus.
Lupi illum uidere priores
Muneribus uel dij capiuntur.
Ouidius:
Munera, crede mihi, placant homineſq; deoſq;.
Placat donis Iuppiter ipſe datis.
Virtutem & ſapientiam uincunt teſtudines.
Dorica muſa clarus.
Fabas edit.
Pecuniæ obediunt omnia.
Nihil eſſent alia ſine auro.
Munerū corruptelam habet.
Muneribus res ſua agitur.
Argenteis haſtis pugnat
Vulpes muneribus corrumpitur.

*Adagia, garrulum aliquē eſſe ſignificantia.*

Archytę crepitaculum.
Arabicus tibicen
Turture loquacior
Daulia cornix
Luſciniæ nugis inſignis
Aes Dodonęum
Caute loquacior
Cicada uocalior
Os infrene.
Battologia.
Quicquid in buccam uenerit loquitur
Lingua quo uadis?
Meliacum nauigium
Leuiſſima res oratio
Vir ſaburratus
Farcire centones didicit
Aduerſus ſolem loquitur.
Stentore clamoſior.
Sarpedonio litore clamoſior.
Claudiana mouens tonitrua
Laterna Punica
Clamoſior lauro ardente.
Tantum uociferans, quantū nouies deciesue.

Mille



Mille uiri clamare ſolent, qui prælia miſcent.

*Hominē mutū & taciturnū ſequentes exprimūt adagiones.*

Statua taciturnior
Pytagoræ diſcipulus
Ciuis amicleus
Angeronæ miniſter
Achantia cicada
Muta perſona
Rana Seriphia
Caput ſine lingua
Homo elinguis
Bouem habet in lingua
Magis mutus ꝗ piſcis
Harpocratem fingit
Eſt Agathone taciturnior
Mutus Hipparchion

*Ad hominem fœlicem conueniunt hæc adagia.*

Eſt albæ gallinæ filius.
Laureum geſtat baculum.
Rhomanus cedendo uincit.
Oīa illi uirgula diuina eueniunt.
Semper fœliciter cadūt Iouis taxilli.
Citra arationē, citraq; ſementem diues.
Omnia ex ſententia habet
Dormientis rete capit
Gygis habet annulum.
Orci habet galeam.
Cœlum digito attingit.
Scopum attingit
Secundo æſtu procedit
Neptunus uentis impleuit uela ſecundis.
Epheſijs utitur literis
Eſt in cœlo
Secundis curis remigrare dicit
Eſt nullius indigens deus
Neq; pluuia humectatur, neq; ſole aduritur.
Equus hunc portat, alit rex.

*Infœlicem & miſerum hominem hæc exprimunt adagia.*

Grauiora Iambico patitur.
Mandrabuli more res ſua ſuccedit.
Eſt Myſorum præda
Boliti pœnam luit
Excoriatum canem excoriat.
Quærens obſonium ueſtē perdidit
Vna cum ipſis manipulis miſerrimus.
Semper Ilio mala
Poſt Marathoniā pugnā infelix.
Dionyſius Corinthi.
E multis paleis paululum fructus colligit.
Ne per ſomnū quidem fœlix
Inuitis canibus uenatur
Inuitos boues aratro ſubducit.
Mouet Camarinam
Anagyrim commouit
Aurum habet Tholoſanum
Eſt Seiani poſſeſſor equi
Leonis aluit catulum
Phoci conuiuio interfuit.

Argi

Argi collem habitauit.
In patrios minxit cineres.
Ad ſummam lineā peruenit.
Eſt ſub cultro dimiſſus
Homo uel hoſti miſerandus.
Siniſtris auibus natus
Infauſto ſub ſydere
Calidum comedit prandium.
Fatis ſiniſtris adactus eſt.
Excubias egit in Naupacto
Hydram ſecuit
Decidit in Scyllam cupiens uitare Charybdim.
Decidit in flammas cupiens uitare fauillam.
Quarta luna natus.
Inauſpicato omine.

*Adagia breuiloquum hominem notantia.*

Laconiſmo gaudet.
Laconica utiť breuiloquentia
Eſt pauciloquus, ſed eruditus.
Vno faſce multa complectiť.
Numero dicit.
Minore finit pomerio.
Canit ad Myrtum

*Parœmiæ facundiam exprimentes.*

Attica muſa. Lepos Atticus.
Plautinum eloquium
Cygnea cantio
Neſtoria eloquentia
Nil ex agro dicit
Nunc ipſa floret facundia.

*Adagia ſignificātia aliquid damnari.*

Notatur ungui.
Carbone notatur
Calculo mordetur.
Thita præfigitur
Hoc non probatur
Contra retiariū ſercula utendum eſt.
Aequales ſunt calculi.
Miniatulas cerulas reformidat.

*Adagia occaſionem dare exprimentia.*

Anſam porrigit
Feneſtram aperit
Gladium dedit
Non abſtulit occaſionem.
Anſam miniſtrauit.
Aperuit ianuam
Aperuit uiam
Præſtruxit aditum
Anſam arripuit
Viam muniuit
Gradum fecit

*Adagia quæ approbare ſignificant.*

Premit hic mihi pollicem.
Album addit meis ſcriptis calculum
Creta notauit
Pedibus in meam diſceſſit ſententiam
Momis ſatisfecit
Omne tulit punctum
Oīm calculis hoc probatur.
Digitum ad hoc attollunt omnes.

Ada-



*Adagia ſignificātia aliquē ſero pœnitere.*

Sero ſapiunt Phryges.
Cumani ſero ſapiunt
Malo accepto ſtultus ſapit
Piſcator ictus ſapiet
Factum ſtultus agnoſcit
Mus piſcem guſtat
Poſt acerba prudentior
Sera in fundo parſimonia
Satius fuiſſet recurrere
Optimum eſt aliena bene frui inſania.
Rebus peractis eſt Cleon Prometheus
Quę nocent docent.

*In hominem deſperantem conueniunt hæc adagia.*

Actum eſt. Nullus ſum.
Perierunt omnia
Ad reſtim res rediīt
Suſpendio eſt arbor deligenda.
Ad procellum uenit
A quinq; ſcopulis lapſus eſt.
Omnibus aris præſidiīſq; deſtitutus
Spe ſua orbatus
Tenuis & macra ſpes.

*Adagia fruſtratam ſpem eſſe notantia.*

Coruum ſpes hæc deluſit hiantem.
Theſaurus meus carbones erant
Bolus ereptus eſt è faucibus meis.
Murem mihi oſtendit pro leone.
Non omnia eueniunt.
Larus parturit
Parturiunt montes.
Lupus hiauit
Duos inſequebar lepores.
Hic funis nihil attraxit
In ſpem fruſtratam incidi
Fluuius non ſemper fert ſecures.
Spem pretio emi
Semper agricola in nouum annum diues.
Nucleum amiſi
Præuerti iactum ancorę
Scipione arūdineo innix⁹ fui.
Dum geminis ſellis ſedere uolebam, utraque fui excluſus.

*In hominem ſecurum & tutum hæc torquētur adagia.*

Res eſt in uado
In tranquillo eſt res ſua
Nauigat in portu
Duabus ancoris nititur
Rem factam habet
Res eſt in ſuo regno.
Habet hoc intra ſuas præſepes.
Libere potes uti.
In ſuo luco & phano hoc eſt ſitum
In diem uiuit.
Porrectis dormit pedibus.

In

In utramuis aurem.
In utrumuis oculum dormit.
In utramuis dextram
Extra lutum pedes habet.
Eſt extra periculum
Eſt procul à pedibus equi.
Eſt extra telorum iactum.
Eſt procul à Ioue.
Non hæret in aqua.
Non hæret in ſalebris.

*Hominem audacem, hæc adagia notant.*

Vir animo præſenti.
Pullus Martis
Alter Hercules
Non abijcit animum.
In diſcrimine apparet.
Eſt adamantinus
Eſt murus ahenius

*In hominem nimis quàm timidum hæc adagia quadrant.*

Vmbram ſuam metuit.
Eſt timidior proſpiciente
Fulgur ex uitro metuit
Epeo & Piſandro eſt timidior
Abijcit haſtam
Meticuloſus
Ante tubam trepidat
Eſt uir ceruinus
Leonis ueſtigia quærit
Initio concidit
Lingua bellat
In pedes retrocedit.
Trepidat in morem galli
Metum inanem metuit

Panicus metus hominem corripit
Eſt lepus galeatus

*Crudelitatem exprimũt quæ ſequuntur diuerbia.*

Phaleriſmus
Manlianum imperium
Phalaridis imperium
Ara Buſiridis
Nemini magis parcit, quàm lupis.
Efferatæ ſæuitiæ homo

*Adagia quadrantia in hominem liberalem.*

Ambabus dat manibus.
Promus magis, quàm condus.
Larus in miſericordijs.
Communis Mercurius

*In auarum.*

A mortuo tributum exigit
Exigeret & à ſtatuis farinas.
Lucri apud eum bonus eſt odor ex re qualibet.
Lucrum pudori anteponit
Eſt Charibdis & Barathrum diuitiarum
Eſt uoracior purpura
Eſt dolium inexplebile

*Hæc notant cedendum eſſe multitudini.*

Ne Hercules quidem contra duos.
Cedendum eſt multitudini.
Plurium calculus uincit
Vnus uir nullus uir
Ne formica contra leonem.





Contra fluminis tractum ne adnitaris

*Hæc notant liberè & audacter loqui.*

De plauſtro loqui
Aſſeuerantius dicere
Aperto pectore
Apertè, ſimpliciterq́ue.
Ad cribrum loqui

*Perficiendi adagia.*

Nodum ſoluit.
Colophonem addidit
Summũ faſtigium impoſuit.
Summam manum addidit.
Ad umbilicum duxit
Cecinit receptui.
Curſu lampada tradit

*Ab initio ad finem*

Ab ipſo lare
A capite ad calcem
Ab ouo uſque ad mala
Ab incunabulis
A teneris unguiculis
Telam exordiar
Scindam glaciem rei.
A fronte & à tergo conſpiciã
Fores aperiam

*Hoc eſt notum*

Hoc uel cæco apparet
Et puero perſpicuum eſt
Hoc bimi infantuli decantãt.
Notum lippis & tonſoribus
Cognitum tanquam in ſpeculo.

*Eſt ſurdus.*

Turoneo portu eſt ſurdior
Turdo ſurdior

*Hoc eſt obſcurum.*

Hoc eſt nebulis & caligine tectum, uelatum, adopertum.
Eſt opus Delio natatore
Numeris Platonicis obſcurius
Dauus ſum, non Oedipus.
Phœbeo acinace opus eſt ad hoc diſſoluendum.
Non ſus quiuis hoc intelligit

*Adagia hominem contemptum notantia.*

Homo treſſis
Concha dignus
Pili non hunc fecerim.
Nauci non æſtimauerim.
Homo trioboli
Vitioſa nuce non emendus.
Mandarem illi laqueum
Medium digitum oſtenderẽ.
Sale emptum mancipium.
De lapide emptus
Siculus miles
Infimi ſubſellij
Telluris inutile pondus
Ruſticanus orator.
Inutilior Blace
Extritum ingenium
Barbam illi infantes uellunt.
Fumi eſt umbra

*Mutare ſententiam.*

Palinodiam canere.
Calculum reducere.
Funem reducere
Vertere funem
Vertere uela

Conſilium in melius referre.

*Adagia dignitatem ſignificantia.*

Dignus cedro
Dignus Argiuo clypeo
Dignum agit, propter quod uadimonium deponatur.
Quauis re dignus
Ambroſia alendus
Sapientum octauus
Columen familiæ
Ancora domus
Vtranq; facit paginam

*Cæcutit.*

Lolio uictitat
Ollas lippire ſolet
Hypſea cæcior
Talpa cæcior
Liberide cæcior
Thireſia cæcior
Cimmerijs in tenebrris agit
Habet puluerem ob oculos effuſum
Andabatarum more pugnas.

*Inconſtans, perfidus, aſtutus.*

Mutabilior mytro
Chameleonte magis uarius.
Mulieris animus
Euripus homo
Cothurno uerſatilior.
Aliud ſtans, aliud ſedens loquitur
Vertumnus alter
Duos uult parietes una dealbare fidelia
Locrenſe pactum nouit
Thracium commentum ſcit
Magis uarius q̃ hydra

*Nunquam fiet.*

Prius lupus ouem ducet
Prius locuſta bouem pariet
Prius teſtudo leporem curſu præuertet
Prius aquilam teſtudo uincet.
Sambucam citius caloni apta ueris alto.
Ad Græcas calendas.
Quum cœlum ruet

*Inaniter laboras, tempusq; conteris.*

Aſinum tondes
Aquam poſtulas è pumice
Vtrem uellicas
Aetiopem lauas
Mortuum flagellas
Aquilam uolare doces.
Delphinum doces natare.
Nebulas diuerberas.
De fumo diſceptas, & de lana caprina.
De aſini umbra digladiaris
In aqua ſcribis
Ignem diſſecas
In arena ædificas
Parieti loqueris
Cribro aquam hauris
In aqua facis ſementem
In ſaxis ſeminas
Aranearum telas contexis
Aras littus
Ouum adglutinas

Pene



Penelopes telam retexis
Oleum perdis & operam
Ollam exornas
Aſinũ ſub freno currere doces
Auſtrum perculiſti
Laterem lauas. Surdo canis.
Lapidem uerberas
Alienum aras fundum
Ventos colis
Nugas agis
Actum agis
Fruſtra canis
Memorem mones
Inuitis canibus uenaris
Leonem larua territas
Piſcaris in aëre
Venaris in mari
Ad fractam canis cytharam
Tranquillũ æthera remigas
Aquam mortario tundis
Contra fluminis tractum niteris.
Pugnam infrugiferam, & cer tamen inutile ducis.
A muliere ſilentium expectas
Vmbram tuam metiris
Cancrum recte ingredi doces
Caminum dealbas.
Mare exhauris
Lupi alas quæris.
Arenæ mandas ſemina.

*Mali ſui eſt autor.*

Suo iumento ſibi malum acceſſit.
Suo ſe iugulat gladio
Suo ipſius gladio captus eſt
Suo ipſi⁹ iudicio ſorex perijt.
Incidit in foueã, quã fecit.
Mala ad ſe attrahit, ut cæcias nubes.
In cœlum expuit
Ipſe ſibi perniciẽ molitus eſt.
Colubrum in ſinu fouit
Capra gladiũ, quo ſe transfoderet, reperit.
Calidum prandium comedit.
Sibi malum reperit.
Turdus ipſe ſibi malum cacat
Faber quas fecit compedes ipſe geſtat.
Ipſe ſibi fontem mali inuenit

*Libenter*

Gratãter. Arridente uultu
Plauſibiliter. Obuijs ulnis.
Comica fronte.

*Hoc eſt rarum*

Phœnice res rarior
Coruo rarior albo
Eſt lac gallinaceum.
Rara auis in terris, nigroq; ſimilima cygno.
Lepus cornutus
Noctuæ ouum.

*Eſt piger, ocioſus, & negligens.*

Compreſſis ſedet manibus
Ignauis ſemper ſunt feriæ
De fera comedit
Manum habet ſub pallio
Eſt podex mulieris
Muſcas depellit
Salem uehens dormit.
Naſturtio indiget

L 1 Hoc

*Hoc eſt notum.*

Eſt puero perſpicuum
Hoc teneo tanq̃ meum nomẽ, digitosq́ meos.
Hoc ſus quiuis intelligeret.
Res intus, & in cute nota
Hoc domeſtice notum eſt.
Sole clarius
Perſpicuum tanq̃ in ſpeculo.
Notum tanq̃ in tabula.

*Magni æſtimatur.*

Hoc habetur in pretio
Monſtratur digito.
Hoc mirantur omnes, ut pueri Iunonis auem

*Parum in hoc cognoſcit.*

Summis hoc olfecit naribus.
Primoribus labris guſtauit.
A limine ſalutauit
Curſim, & per tranſennã hoc uidit.
Attigit leuiter
De hoc fonte bibit, ut canis è (Nilo.
In tranſcurſu uidit.
Extremis digitis attigit

*Fœliciter.*

Dextro Hercule
Amico Hercule
Dextro Genio
Bonis auibus.
Omine auſpicato
Dijs hominibusq́ Plaudentibus.

*Infœliciter.*

Siniſtro Hercule
Genio ſiniſtro
Dijs aduerſis
Malis auibus
Infauſto omine
Inauſpicato bubone

*Eſt ſomnolentus.*

Endymionis ſomnũ dormit.
Dormit ultra Epymenidem.
Eſt gliribus ſomnolentior.
Eſt papauere illitus.

*Hoc eſt factu difficile.*

Prius clauem Herculi extorſeris.
Ioui fulmen, Homeroq́ carmen extorſeris prius
Facilius eſt ſimul flare & ſorbere.
Facilius eſt colligere folia Sybillæ
Ire per extentum funem, eſt minus operoſum.

*Hoc eſt obſcurum, perplexum, inexplicabile.*

Errorũ labyrinthus.
Meandrũ diceres, aut ſi quid Meandro tortuoſius.
Meandris gyrisq́ obuolutũ.
Vulcani uinculum
Eſt caſſioticus nodus
Nodus Gordianus
Prothagoræ ſophiſma.
Theobuſtæ ænigma
Indiſſolubilis gryphus.
Lycophrontis tenebræ
Nodus Herculanus.
Inuolucriſculis obſeptum eſt.

*Eſt uir manſuetus*

&



*& hoſpitalis.*

Haud unq̃ arcet oſtium.
Semper aliquis eſt in Cydonis domo
Eſt apio mollior
Mactata hoſtia lenior
Auricula infima mollior.
Oleo tranquillior
Spongia & pepone mollior.
Mitior columba.
Cera tractabilior
Eſt ſedens columba.
Eſt mollis medulla
Eſt cicur

*Eſt prodigus.*

Eſt piſcis repoſitus.
Largitio ſua nõ habet fundũ.
Seipſum non alens canes alit.
Promus eſt magis, q̃ condus.
Mortuum unguento unxit.
Poſita ludit arca.
E dolio haurit

*Eſt adulator.*

Ineſcat homines.
Cercopiſſat
Eſt palpo doloſus
Cauda blanditur
Eſt Python formoſus.
Oleũ in auriculam inſtillat.
Agathoniã canit cantionem.
Ceſtum habet Veneris
Demulcet caput uerbis.
Eſt benignior fallace uulpe.
Eſt in oſtio formoſior

*Eſt ſenex & longæuus.*

Eſt uiuum cadauer
Ad Thitoni ſenectam eſt prouectus
Ad annos Neſtoreos
Ad Mathuſalemia ſecula.
Viuit ultra penſum.
Eſt antiquior q̃ chaos
Inſtat capulo
Cornicibus eſt uiuax magis.
Phœnice uiuacior
Alterũ pedem in cymba Charontis habet
Eſt in Proſerpinæ peculio numeratus
Eſt in Orci familia.
Charonti naulũ iã præparat.

*Eſt turpis.*

Leporem non edit.
Eſt ſcarabeo nigrior
Eſt Therſitæ facies.

*Hoc ſummo conatu faciendum eſt.*

Perq́ enſes, perq́ ignẽ oportet irrumpere.
Cũ haſta & ſcuto nitendũ eſt
Ambabus manibus.
Velis equisq́
Manibus atq́ quadrigis
Omnibus neruis
Totis conatibus
Omni molimine
Manibus pedibusq́
Vnguibus & calcibus enitendum eſt.
Toto corpore, omni pede.
Omnibus unguiculis
Noctes diesq́.

Terra mariq́;.
Toto pectore
Omni telorum genere
Cominus & eminus nitendū eſt.

*Fuit conuiuium lautum, geniale.*

Sybaritica menſa
Deorum cibus
Deorum Ambroſia.
Attica erant illic bellaria
Qualia purpurei comedunt obſonia reges
Menſa Syracuſana
Erat Iouis cerebrum
Dubia cœna
Sponſi uita

*Fuit illic magnum malum, ſummumq́;, & ineuitabile diſcrimen.*

Fuit Sybaritica calamitas
Res ad triarios rediit.
Ne ſignifer quidem reliquus eſt factus.
Aduerſus neceſſitatem ne dij quidem reſiſtunt
Fuit mare malorum
Lerna malorum.
Neceſſarium malum
Ilias malorum
Chironium uulnus
Morſus aſpidis
Mala illic fuerunt Niobes.
Morbo morbus additus
Ignem igni addebant
Per ignem itabatur.

*Eſt delator, & maledicus.*

Archilochiam callet mordacitatem
Terit Archilochum.
Pellem rodit caninam
Habet ſycophantias
Cum laruis luctaretur.
Mortuis allatraret
Hiponacteo utitur pręconio.
Satyricis aculeis armatus.
Aceto perfundit
Non ineſt remedium aduerſus ſycophantæ morſum
Petulantia uerborum excruciatur ſuprà q̃ credi queat.
Amarulenta uerborum acritate utitur.
In oēs mordicus inſultat
Loquitans uanè, & fluxè, rixatur.
Eſt uitupero.
Cauillator. Morſiculator.
Nigra in candida uertit
Intemperantia uerborum deturpatur.
Oēs Colophonya perſequitur iniuria
Immodice obloquitur, obſtrepit, gānit, allatrat, exululat.
Excandeſcit, ferocit, unumquenque ſuggillare nō ueretur.
Maledica uerborum eructatione enixè exhilaratur.
Verba habet amaritudinis & arrogantiæ plena.

Lin



Linguam habet uirulentam, & ſubſannatione ſuffarcinatam.
Mordet atq́; detrahit clanculum.
Omnes ſua maledicentia uellicat.

*Eſt factioſus, & litium cupidus.*

Suem irritaret
Tragœdias in nugis agit.
Agit pugnis & calcibus
Eſt crater litium
Ignem gladio fodit
Frigidam inter amicos ſuffundit aquam.
Eſt uitilitigator
Panem effringit
Irritaret crabones
Sopitos ſuſcitat ignes.
Leonem ſtimulat
Octipedem excitat
In puteo cum cane pugnat
Argiuam moueret calumniā.
Ignem igni ſolet addere, oleumq́; camino.
Fumantem urſi naſum tentat
Rhodienſe agit ſacrificium
Canem dormientem irritat
Polynices alter
Stat inter ſacrum & ſaxum.
Eſt inter malleum & incudem
Nunc ſuę in arctum coguntur copiæ
Arctum geſtat annulum
Cor comedit
In uia ligna ſecat
Eſt inductus in laqueum
Quid primum ſit, aut ultimū ignorat.
A fronte habet præcipitium, à tergo lupos.
Lupum tenet auribus.
In aqua hæret
Hæret in uado.
Duabus ſedet ſellis
Sedet tanq̃ Prothagoræ ſophiſma diſſoluturus.
Nodum Gordianum eſt explicaturus
Pallet uti nudis preſſit q calcibus anguem.
Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram
Perplexus animiq́; conſternatio.
Hæſitat in luto
Hæſitat in ſalebra
Stat in triuio.
Eſt anceps animi
Diaphoreſim patitur
Eſt creperus
Magno curarum fluctuat ęſtu
In medio terrę eſt ſimul & ſtellantis Olympi.

*Eſt ſtultus & inſipiens.*

Sus Bœotica
Septimus bos.
Bœoticum ingenium
Mens non ineſt Centauris.
Milium torno ſcalpit
Attollit ſupercilium
Barba tenuis ſapiens

 Eſt

Eſt dignus ꝗ porcũ immolet.
Indiget helleboro
Dij ſibi ſuam dent mentem
Eſt ſtultior Corœbo
Magis ridicule facit, ꝗ̃ Melitides.
Amphiſtide ſtultior.
Stultior Terebintho
Eſt caput cerebro uacuum.

*Indoctus, ſtupidus, inutilis.*

Caliga Maximini. Ficulnus.
Simulat cupreſſum
Neq; natare nouit, neq; literas.
Eſt aſynus ad Lyram
Nos numeri ſumus, & fruges conſumere nati.
Betizat.
Caput ſine lingua
Nec ſibi, nec alijs eſt utilis.
Nihil elephante differt
Eſt ſus Bœotica
Arcadicum germen
Putrido cæpe inutilior
Cæcus auribus
Canit ad Myrthum.
Ne Aeſopum quidem triuit.
Corpus ſine pectore
Indoctior Phylonide
Muta perſona.

*Eſt totus agreſtis*

Seruilem capillum præ ſe fert
Eſt camelus ſaltans
Eſt Sarone magis nauticus
Durus alloquijs
Inelegantior Libetrijs.
Eſt auris Bataua.

*Eſt homo ſapiens*

Dignus, qui ex Apollinis cortina ſapientis nomen indeptus fuerit.
Acutum ſcit à ſe auertere gladium
Scit ſeruire ſcenæ
Vtitur foro
Polypi mentem habet.
Nuces reliquit
Feſtinat lente.
Pedetentim agit.
Tacito pede progreditur.
In ſe deſcendit
Secum habitat
Suo ſe pede metitur
Meſſe tenus propria uiuit
Intra ſuam pelliculam ſe continet
Seipſum nouit
Acetum habet in pectore.
Eſt Ianus alter.

*Maximo gaudio eſt affectus.*

Oculus dexter illi ſalit
Inuenit, nõ quod pueri in faba ſe clamitant repperiſſe.
Riſum emittit Syracuſium
Frontem explicat
Frontem exporrigit
Eſt gaudio delibutus

*Eſt iratus, furioſus, iracundus.*

Minus habet mentis, ꝗ̃ Dithyrambici poëtæ.

Fœnum



Fœnum habet in cornu
Cœlum territat armis
Buccas inflat. Flagrat ira.
In fermento iacuit
Frenum mordet
Mordet labrum
Supercilium contrahit.
Bile tumet.
Eſt œſtro iræ percitus.
Hernioſus ira uſq; ad gulam.

*Eſt ſordidus.*

Lutum luto purgat
Agit equi ſenectam.
Cubito emungit.
Cœno puram aquam turbat.
Eſt è Patrocli domo
Patroclo ſordidior
Eſt ex aula Thelemachi
Eſt Chius cacans.
Oſce loquitur.

*Eſt aſtutus, fraudulentus, cautusq;.*

Annoſa uulpes haud capitur laqueo
Simia non capitur laqueo.
Vulpes haud corrumpitur muneribus
Eſt lepus dormiens
Admirabilis in nectendis machinis
Vir duplex
Vias nouit quibus effugiat
Beneuolus trucidator
Libyca fera
Altera manu fert lapidem, altera panem.
Ex eodem ore calidum & frigidum efflat
Mellitum gladium offert.
Fucum facit Os ſublinit.
Tragulam nouit inijcere
Obtrudit palpum

*Eſt homo iuſtus.*

Clauum rectum tenet
Salem apponit ſibi
Eſt trutina iuſtior
Eſt Bocchyris alter.
Rhadamanti pollet iudicio
Priennenſi claret iuſticia
Iuſticiæ eſt oculus
Iuſticia iuſtior.

*Eſt uinolentus & guloſus.*

Eſt guloſus
Ad ambas uſq; aures ſeſe ingurgitat.
Epiſcytiſſat
Lucerna & lechyto pinguior.
Ventres. Venter Collatinus.
Eſt Charybdis & Barathrum epularum.
Quæ deciderunt tollit.
Eſt Buthus guloſus.
Milone uoracior
E flamma cibum petit
Bouem in faucibus portat

*Eſt mollis, effœminatus, & delicioſus.*

Eſt porcellus Acarnanus.
Abronis uitam agit.
Apicij ſunt & Heliogabali.
Aeſopi patina lautius uiuit.

 Luxu

Luxu defluit
Calidis tenetur balneis
Eſt Cliſtine intemperantior.
Cleocritus alter.
Alter Sardanapalus.
E Maſſylia uenit
Nauigat in Maſſyliam
Verſatilis Artemon.
Semp Leontini iuxta pocula.
Pergrecatur. Batalus alter.
Lentiſcum mandit.
Digito ſcalpit uno caput
Summo digito caput ſcalpit
Mollis pepo
Caluus comatus
Catulus Melitæus
Parum uir
Ore effœminato. Diſcinctus.

*Eſt rebellis.*

Iactat iugum
Contra ſtimulum calcitrat.
Mordet frenum
Eſt Agamemnonis hoſtia.
Contra ſtimulũ calces iactat.

*Eſt pertinax, & obſtinatus.*

Eum aqua ad fauces ſtrangu-(lat.
Bis ſeptem plagis Polypus contuſus
Pertinax ut fici oculis incumbunt
Eſt rubo areſacto præfracti-(or.
Gallus inſilit
Mordicus rem tenet
Toto corpore
Oibus unguibus pertinax.

*Eſt arrogans, faſtuoſus & glorioſus.*

Faſtuoſus Maximus.
E ſublimi omnes deridet
Ante uictoriã encomiũ canit.
Tollit cornu
Atticus in portum uenit
Sybaritę per plateas
Eſt ſibi Suffænus.
Eſt Iouis ſandalium
Eſt generoſus ex crumena
Eſt Celmis in ferro.
Cicadis plenus
Eſt Aeſopicus graculus
Ingreditur Iunonium
Multiſcius ſibi uidetur
Argiuum abſtulit gladium.
Darete arrogantior
Sibi blanditur
Sibi fauet
Eſt ſibi ipſiſſimus
Pauonis flabellum præ ſe fert
Leonis exuuium induit
Pennas nido maiores extẽdit

*Intempeſtiuè & inepte hoc facis.*

Falces poſtulabas
Ranis uinum præminiſtras
Machinas poſt bellum affers.
Herculis cothurnos aptas infanti
Delphinum ſyluis appingis, fluctibus aprum.
Humano capiti ceruicem iungis equinam
Extra chorum ſaltas

Sal-



Saltas in tenebris
Amiſſo grege ſtabula claudis
Lucernã in meridie accendis.

*Intempeſtiue loquitur.*

Quicquid in buccam uenerit.
Quicquid incidit in linguam loquitur.
Importune, uerbisq; lapſantibus, & humidis defluit.
Nullo pondere uerborum innititur.

*Eſt bonus iudex.*

Eſt Prodico doctior.
Suum pro lapide lydio iudicium fuerit
Eſt aliorũ gnomon & regula.
Eſt emunctæ naris
Tenedius homo
Tenedius patronus
Manum ferulæ ſuppoſuit
Eſt amuſſis alba
Nunq̃ ſua delirat amuſſis.
Eſt Lesbia regula
Eſt lapis Heraclius.

*Ad hoc attendas.*

Purgatis auribus hauri
Mente non peregrina
Præſens ades
Auribus arrectis
Auſculta, & perpende.
Ceram auribus ne obijcias.

*Eſt ſanus.*

Bene ualet
Crotone ſalubrius ualet
Eſt cucurbita ſanior
Valet pancratice
Sanior eſt piſce

*Non eſt ſanus.*

Malè ualet
Herculano morbo afficitur
Herculana ſcabie premitur

*Vita noſtra miſera eſt, & breuis.*

Homo bulla eſt
Temporis eſt punctum
Optimum eſt non naſci, aut natum morte potiri.
Fictilis urna
Stupa eſt
Eſt arcta periodus
Vita mortalium breuis.

*Eſt deprehenſus*

Folio ficulneo eras ligatus
Medius teneris
In laqueos decidit lupus
In arca latuiſti.
In eaſdem anſas ueniſti
Laqueus laqueum reperit.
Hydrus erat in dolio
Tempus omnia reuelat

*Leuiter coniectas*

Leonem æſtimas ex unguibus
De geſtu conijcis
De fructu arborem iudicas
De facie noſti.
Aethiopẽ ex uultu cognoſcis
Cauda de uulpe teſtatur.
Prima facie diuinas
Cribro diuinare ſoles
Ex fronte perſpicit
Vanam ſumis coniecturam

Me

*Me uehementer odit.*

Odium in me habet agreſte.
Odium Vatinianum
Odium nouercale
Odit me cane peius & angue.
Ne uia quidem eadem mecum ambularet.

*Non cito omnibus fidas, ſed proba amicos.*

Nemini fidas, niſi q̃ cum prius modium ſalis abſumpſeris.
Modius ſalis comedēdus priuſquam ames.
Non ſit amicus abſq; temporis mora.
Ama tanq̃ oſurus
Oderis tanq̃ fortaſſe poſtea amaturus.
Confringe teſſeram
Homo homini lupus eſt

*Eſt inculpatus*

Eſt clauo purior
Eſt aurum igni probatum.
Eſt aurum Colophonium.

*Hoc diligenter feci, & exactè.*

Ad amuſſim
Ad Critolai libellam hoc ſum trutinatus.
Ad unguem
In quadrum redegi
Fixis oculis intuebar, ut hoc facerem.
Hoc Ariſtophanis & Cleantis olet lucernam
Somnus abfuit ab oculis, neq;
Quantū lucinia dormiui.
Hoc fuit mihi curæ
Succiſiua furtiuaq; opera.

*Vtitur rigore*

Ad uiuum reſecat
Radit uſq; ad cutem
Summum ius ſumma eſt iniuria.

*Eſt pudicus.*

Hippolytum imitatur
Melanione eſt continentior.
Hippolito caſtior

*Eſt nobilis.*

Eſt Codro generoſior.
Thuſco partu generoſior.

*Ignobilis*

Eſt ſubdititius. Terræ filius.
Ne matrem quidem nouit

*Proprio commodo ſtudet.*

Intus canit
Decorat ſeipſum
Tunica pallio proprior.
Anguillam captat
Manum ſuis rebus admouet.
Genu eſt ſura propius
Oēs ſibi melius eſſe malunt, q̃ alteri.
Sibiipſi balneum miniſtrat
Sibi canit

*Eſt obliuioſus.*

Eſt Gryllo obliuioſior.
Eſt captus proprij nominis obliuione.
Ventis omnia tradit
Letheis immergit aquis
Theſſala mulier





Mulieri ne credas

*Occultes hoc, & ne reueles.*

Terra defodias
Attici Eleuſinia celebrent
In tenebris ſaltes
Summis ingredere pedibus
In aurem ſolum hoc dicas

*Eſt fidelis & grauis.*

Folium Sybillæ recitat
Ex tripode loquitur
Ex Iouis tabulis teſtis eſt
Eſt Atticus teſtis.
Attica fides ſua eſt.
Habet Rhadamantheum iuſiurandum
Iouem lapidem iurat
Eſt Iouis ſuffragium
Veriora his q̃ dicit, nulla ſunt
Eſt iuſticiæ ſuffragium.

*Cum auxilio hoc fiet.*

Frater uiro adſit
Cum ope diuina.
Non abſq; Theſeo hoc fiet
Auxilio alieno oportuit hoc fieri
Sine cortice non natabitur.
Si deus uoluerit

*Scit ſeruire tempori.*

Seruit ſcenæ. Vtitur foro.
Polypi mentem obtinet
Eſt ſpartam nactus.
Eſt oīm horarum homo.

*Eſt deriſor.*

E ſublimi deridet
Naſo ſuſpendit
Poſtica ſanna utitur
In eo ipſo ſtat lapide, in quo præco prædicat.
Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.

*Hoc ſine labore euenit.*

Citra laborem
Citra ullum negocium
Citra puluerem
Citra arationem.
Vltrò Deus hoc ſuppeditat.

*Experiar.*

In harenam deſcendam
Omnem mouebo lapidem
Reſpublica uirum docet.
Omnem aleam iaciam.
Vela uentis permittam
Deo fortunæq; me committā
Sacram anchoram ſoluam.
Mouebo talum.
Tentando ad Troiam uenere Pelaſgi.

*Incertus eſt euentus.*

Inter os & offam multa eueniunt
Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra.
Eſt in herba
Neſcis qd ſerus ueſper uehat.
Anceps euentus.

*Eſt malus ac improbus.*

Eſt ſeruorum ciuitas
Totum ſubuertit
Bipedum nequiſſimus
Inexploratus homo
Diagora deterior

Phrynondas alter
Furibatiſſat
Seruilis capillus
Eſt Vlyſſis remigium
Non eſt laudandus
Homo adulterinus
Fert iugum

*Apertè loquitur.*

Præmanſum in os ingerit
Craſſa Minerua
Craſſiore Muſa
Rudius ac planius

*Munus hoc boni conſule.*

Munerum animus apud te conſtet
Nihil eſt recuſandum
Arripienda quæ offeruntur
Donũ quodcunq; ſumendum.

*Eſt docilis.*

Sunt illi apertę Muſarũ ianuę
Eſt Muſis Charitibusq; grat⁹.
A Muſarum amore non abhorret.

*Eſt repellendus.*

Tollat te qui non nouit
Aliam quercum excute

*Hoc mihi parum probatur.*

Ipſis commentum placet
Suum cuiq; pulchrum eſt
Suis quiſquis conſiliis, ſuæq; ſententiæ blanditur.
Sic lubitum eſt animo
Diis aliter uiſum eſt.
Hoc non probatur.

*Exercitatione omnia fiunt.*

Exercitatio poteſt omnia.
Cura omnia poteſt.
Dii bona laboribus uendunt.
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Citra laborem nihil bene eſt.
Artem quæuis alit terra.

*Eſt uictus.*

Herbam porrigit
Dat manus. Arena cedit.
Marte ſub aduerſa patitur ſua ſigna iacere

*A fortuna defluximus.*

Fuimus Troes
Fuit Iliũ & ingens gloria Dardanidũm.
Fuim⁹ quondã fortes Mileſii.

*Aequalis æquali gaudet.*

Similitudo mater eſt beneuolentiæ, cõſuetudinisq; conciliatrix.
Pares cum paribus, ueteri prouerbio facilimè copulãtur.
Iuuenes inter ſe lubenter conueniunt.
Senes cum ſenibus congregantur
Docti doctorum conuentu capiuntur
Diuites neceſſitudinem habẽt cum diuitibus
Simile gaudet ſimili
Simile appetit ſimile
Simile ſimili eſt amicum.
Similitudo mater eſt amoris.
Seni ſenilis lingua eſt iucundiſſima.

Sem-



Semper ſimilem deus ducit ad ſimilem.
Semper graculus aſſidet graculo
Cicada cicadæ chara eſt, & formica formicæ.
Accipiter placet accipitri.

*Tenuem habet de hoc memoriam.*

Per nebulam reminiſcitur.
Per caliginem recordatur
Per ſomnium meminit.

*De re nullius momenti diſputatur.*

De aſini umbra diſputamus
De lana caprina digladiamur.
De fumo diſceptamus.

*Hæc ſunt inter ſe ſimilia.*

Vno tenore fluunt
Similes habẽt labra lactucas.
Dignũ patella cooperculum.
Ouo prognatus eodem eſt
Furem fur cognoſcit, & lupum lupus.
Malus cum malo colliqueſcit uoluptate.
Cercopum cœtus.
Fuerunt eodem in ludo docti.
Iiſdem ueſcentes cæpis
A ſimili mores accipiuntur hero.
Non tam ouum ouo ſimile eſt
Non tam aqua ſimilis aquæ
Mali corui malum eſt ouum.

*Hoc reliquit.*

Nuces reliquit
Longum ualere iuſſit
Vltimam dixit ſalutem
Fecit repudium.

*Comparat res inæquales.*

Aquilam noctuæ comparat.
Cicadæ apem.
Mineruæ felem
Culicem elephanti
Teſtudinem peſago.
Tibiam tubæ
Traſybulo Dionyſiũ ſimilem facit.
Canibus catulos, & matribus hœdos comparat.
Veſpa cicadæ obſtrepit
Pica cum luſcinia certat
Nihil cum amaricino ſui.
Nihil graculo cum fidibus
Achantida uincet cornix.
Cancrum lepori comparat.
Congregat cum leonibus uulpes.
Formicam confert camelo.
Coruum luciniæ
Graculus eſt inter Muſas.
Anſer inter olores.

FINIS.

... Jose Salme[?] hermano

como su heredero [illegible]

porque como [illegible]

~~La Mas bella ymagen Hermosa~~

~~que Pinto naturaleza la Cara de~~

~~Virgen en la falta de [illegible]~~

~~[illegible] fue [illegible] [illegible] de la~~

~~[illegible]~~

~~el dueño de [illegible]~~

Raymel [illegible]

[illegible]